Fragmentum libri

Margarita mirabilium,

auctore

IBN-EL-VARDI,

Prooemium, Caput secundum, tertium, quartum et quintum continens.

E Codice Upsaliensi edidit, latine vertit, variantes lectiones e Cod. Suchteleniano adjecit

CAROLUS JOHANNES TORNBERG

Phil. Mag. S. S. Theol. Cand. Litt. Arab. Docens.

Pars Prior.

UPSALIÆ,

Excudebant Regiæ Academiæ Typographi MDCCCXXXV.

Ad Lectorem!

In versione latina fragmenti ex Ibn-el-Vardii a me jam arabice editi adornanda, codicem, ut videtur, optimum cum upsaliensi conferre mihi licuit. Cujus copiam illustrissimus possessor, Comes Excell. VAN SUCHTELEN, Imperatoris Russorum apud Suecos et Norvegos legatus, liberaliter concessit. Forma hujus codicis est quadripartita, minor tamen aliquanto, quam upsaliensis. Folia numerantur 197. Stylus eandem fere refert speciem, quam præbet upsaliensis, unde facile dixeris, eundem librarium utrumque codicem exarasse, nisi id vetarent, tum plures majoris momenti variantes lectiones, quum aliæ dissimilitudines. Uterque, absoluta Cosmographia Ibn-el-Vardii, appendicem addit variorum varii argumenti tractatuum, tam numeris adstricta quam soluta oratione scriptorum. Multi tamen, quos possidet upsal., in suchteleniano desiderantur, habet autem suchtel., qua caret ups., dissertatiunculam *de lusu latrunculorum* coronidis loco affixam, quam in plurimis codd. Ibn-el-Vardii parisiensibus De Guignes observavit. Cfr. Notices

a

et Extraits des Manuscrits etc. T. II pag. 29 et sqq. — Transscriptio exemplaris, sicut probat librarii subscriptio, die 16 mensis Scha'ban, anno Heg. 983 est absoluta (post Chr. nat. 20 Junii 1575). — In fronte ejus hæc legitur inscriptio كتاب خريدة العجايب وفريدة الغرايب i. e. *liber margaritæ mirabilium et gemmæ rerum singularium pretiosæ*, quæ ei omni ratione est præferenda, quam, quum codex ups. omni careret titulo, e prooemio editionis lundensis pag. VII, curâ Sv. Hylandri e codice havn. descriptam, nomine tantum auctoris in brevius contracto, desumsi. Liber Ibn-el-Vardii eodem quoque modo apud Hadji Chalifam (cod. suchtel.) inscribitur, titulus autem honoris ibi est زين الدين, qui, sicut totum nomen, in Suchtel. non legitur. Eodem modo et titulus libri et nomen auctoris in diversis codicibus variant. Vides. De Guignes l. c. Moeller Cat. MSS. Bibl. Goth. P. I. pag. 87 et sq. cet. — Forma codicis sucht. minor prohibuit, quominus in tabulam geographicam, quæ de cetero eandem ac ups. habet delineationis figuram, omnia ea acciperet locorum nomina, quæ in Ups. exstant; nonulla tamen ibi inveniuntur heic desiderata. — Variantes, quas collegi, lectiones sub versione notavi. Ad textum arabicum, quantum fieri potuit, latinam orationem accomodare studui, quæ tres præcipue in prooemio, utpote quod prosâ similes exitus habente (سجع rem vocant Arabes)

erat compositum, summâ laborabat difficultate. Indicem geographicum ad calcem capitis quinti adjungam. Summum, quod geographo arabico objiciendum est, incuriæ vitium, omissionem omnis indicii, quomodo nomina locorum sint pronuntianda, apud Ibn-el-Vardium ubique deprehendi. Quamquam bene multis locis nomina vocalibus instruxit, quas in textu etiam arabico retinui; eæ tamen nullius fere sunt momenti. Quare etiam in his nominibus scribendis magnam auctor mihi paravit molestiam, præsertim quum Bibliotheca upsaliensis in sua Manuscriptorum supellectile, nullum, quoad sciam, librum asservaret geographici argumenti ita comparatum, ut ad justam pronuntiandi rationem per eum ducerer. Venia igitur mihi est concedenda, si in re tam ardua, libros tantum quosdam typis editos, quorum Abulfedam nomino, duces sequutus peccavi.

Liber Margaritæ mirabilium

auctore

Doctore Serádj-eddîno, Omaro filio Motaferi

Ibn-el-Vardi.

(Prooemium.)

Pag. 2. In nomine Dei clementissimi! 1)

Deus benedicat salutemque reddat Muhammedi, Domino nostro, et ejus familiæ! 2)

Laus sit Deo, peccatum condonanti, poenitentiam recipienti, castigatori gravissimo, arcanum cognoscenti, canitiei misereuti, Librum (El-Coranum) demittenti 3), dubitationem tollenti, difficiliora in leviora mutanti, afflicto succurrenti, vi-

---

1) S. addit: قل لا يعلم من في السموات والارض الغيب الا الله i. e. *dic: nemo neque in cœlis nec in terra, nisi Deus, arcanum cognoscit.*

2) Totam hanc benedictionem S. omittit.

3) Heic S. inserit: ساتر العيب i. e. *vitium obtegenti.*

cissitudines fortunæ amoventi, dominorum Domino, creaturarum Creatori, proventum large distribuenti 4), caussarum Caussæ, regni Regi, orbem cœlestem in gyrum circumagenti, nubes propellenti, septem (cœlorum) ordines 5), fornices (eorum) tabernaculo similes faciendo, supra plagas mundi sicut tentorium evehenti, super mediam aquam terram 6) expandenti, eam sapientiâ suâ a vaccillatione cohibenti. 7) "Ex ea vos creavimus, in eam vos reducemus 8) et inde die congregationis computationisque 9) vos educemus." 1)

Eum laudabo, nam Is unaquaque lingua loquente est laudandus, Ei gratias agam, utpote cui in occidentibus et orientibus (terræ partibus) gratiæ sint agendæ. Testabor, nullum esse Deum, nisi Deum unicum, neque Ei socium. Hoc est P. 5.

---

4) S. مرزق   5) الطباق quæ lectio sola vera est.

6) S. الغُبَرآ bene, sicut rhythmus etiam finalis anticedens الماء poscit.

7) S. ممسكة. Semel observasse sat erit, utrumque codicem in ة finali puncta diacritica sæpius omittere, quum ea alias bene conservet.

8) S. نعيدكم recte.   9) S, والماب

1) Verba sunt Corani.

testimonium, cujus fundamenta fides sua fecit 2), cujus ædificium religio condidit 3) et cujus ritus 4) probatio evidens firmavit. Testabor etiam, Muhammedem, dominum et prophetam nostrum 5), servum Ejus esse, quem negotio suo (Deus) 6) præposuit, et prophetam Ejus, ob scientias suas et miram eloquentiam 7) præcellentem, et nuntium Ejus, probationem suam et testimonium his verbis palam profitentem 8): "Ad orientes et occidentes terræ partes me contuli, arcanum Ejus et vim detegens et manifestans." 9). — Benedicat

---

2) S. legere videtur وطد *stabilivit*, unde forsan imago, ab ædificio struendo desumta, heic adhibita, melius servetur.

3) S. sic lacunam explet: وشيّد الايقان. Prius vocabulum lectioni ups. prætuli.

4) S. اساطيها male. Lectionem cod. ups., si ad figuram orationis respexeris, haud immerito suspicaberis, id quod lectio varians, quamvis sit nullius momenti, confirmare mihi visa est. Exspectandum erat vocabulum, similitudini usurpatæ aptum, nisi auctorem ex illa quasi excidisse credas.

5) Voces سيدنا ونبينا omittit S.

6) Pro شانه S. legit بشانه شانيه

7) Lacunam sic complet S. وبدايع

8) S. القايل recte.

9) Effatum, frustra in El-Corano a me quæsitum,

Deus illi, familiæ ejus, discipulis, adjutoribus et defensoribus! Misericordia ei contingat, qui Deo 1) Ejusque præsidio confidit, et sit anima ejus quieta in utroque mundo, tum præsenti tum futuro, indulgentiâ Dei 2) et condonatione! Benedictio æterna et perpetua sit (his universis)! 3)

Creator hominum et creaturarum omnisque rei, quæ iis esset vitæ sustentandæ 4), reges gentiumque pastores ab 5) iis, quos hi habent subditos 6) sejunxit, 7) Propterea proprium illi acceperunt 8) animum excelsum, indolem coelestem atque puram et expetunt rerum obscurarum et

---

forte e traditionibus est desumtum. Multæ ei insunt interpretis cruces, quarum لي et insolita verbi طلع cum ب constructio maximi sunt momenti. Utrum sensum sententiæ sim assequutus, V. V. D. D. decernant.

1) Pro بالله S. habet: به عاية امنه

2) S. بعفو الله

3) Duo ultima verba S. prætermittit, et legit كثيرا.

4) Pro الارزاق S. habit الامارة والمشية unde sensus oritur: *omnis rei, quam voluit quæque Ei placuit.* 5) S. والرعاة

6) S. ميز 7) S. عن pro على

8) S. lacunam explet خصوا

occultarum cognitionem 9), ut sciant, quæ digna
P. 4. sint, ad quorum memoriam 1) in charta pura custodiendam instigent, et e rebus mundanis 2) seligant 3), quæ veræ sint et manifestæ. 4) Aliquando mihi viro pauperi 5), obscuro et ignobili mandavit (ex mandato suo nobili, quod in capitibus obedienter gestatur 6), per nuntium suum, inter principem maximum et plebem magnam 7) constitutum, jam vero in annalibus et chartis scriptum) vir illustris 8) et excelsus, servus domini fidelissimi, sinceri, domini 9) regis obediendi

---

9) Post المخفية S. addit ليكونوا quod sensui necessarium duximus.

1) S. ante من addit له

2) S. اخبار العالم 3) S. يحصلوا recte.

4) Lacunæ loco in S. legitur التجلية

5) S. الفقير الخامل

6) Hæc consuetudo, in Oriente usitatissima, significatio est summi honoris et reverentiæ, quam homini eminentioris gradus, nuntium aut epistolam mittenti, accipiens monstrare debet. Cfr. *Silv. de Sacy* Chrest. Arabe 2:de Ed. Tom. III. pag. 360 et sq. — Verba arabica hoc ordine S. habet محمولة بالطاعة علي الروس

7) S. الاعظم 8) S. الاشرف

9) S. السيدي

Seif-eddini, Schahîn Moraj-eddinensis, dominus noster, præfectus Sultani serenissimi in arce augusta Halebi, a Deo custodita, 1) (cujus defensores Deus 2) reddat potentes dignitatemque promoveat et lucernam extollat!) 3) ut ei globum, orbem terrarum continentem, parvum exhiberem 4), qui, quam ibi comprehenderem longitudinem et latitudinem, sicut etiam loca altiora et depressiora, evidenter exponeret. Credebat enim (Deus ei benefaciat!), me ejusmodi rem difficilem et periculosæ aleæ plenam exsequi posse. At, per Deum! ad hoc non valeo, sed in hujus mundi orbe 5) pauper sum viliumque vilissimus. 6) Carmen igitur hocce recitavi 7):

Quum fata opem ferunt, infirmum forti similem faciunt.

Itaque ad Dominum dominorum, difficilia in facilia mutantem accessi et Eum imploratione, quæ

---

1) Post الحلبية S. المنصورة excludit.

2) S. addit تعالى 3) S. واعلي

4) S. اضبع 5) S. هذا العالم دايرة

6) S. احقر من

7) Addit S. شعرا, et, ut ups. quoque, quam rem in textu edendo non animadvertebam, hoc modo verba sequentia distinguit:

ان المقادير اذا ساعدت
الحقت العاجز بالحازم ،

infelicem 8) decet, submissâ suppliciter imploravi. p. 54 Aperuit, laudibus Extollendus, e gratia sua abundantissima, portam 9) pulcherrimam, et benignâ suâ propensione hocce grave et timendum negotium facilius reddidit, eaque, quæ in mentem et computationem mihi non venerunt, fecit expeditiora. Me properanter accinxi, ut Deum adorarem 1), gratias Ei agens, qui summi est beneficii et liberalitatis. Deinde libros hominum doctorum et scripta sapientium, ut viam mihi ineundam commonstrarent, pervolvere incepi. Quorum hæc nomino: *Commentarius in librum Tedhkireh* (i. e. memoriæ adminiculum) *inscriptum* auctore Domino 2) *Nazîr Tusîtâ*, *Geographia Ptolemæi* 3), *Tabulæ regionum a Balkhensi confectæ*, *Prata aurea Masu'dii*, *Res admirandæ rerum creatarum* auctore *Ibn-el Athiro Djezirensi* 4), *Viæ et regna* auctore *Merkeschitâ*, *Liber* 5) *initii* et alia, ad id, quod quæritur, sibi adquirendum comparata. Constat, libros de hac re 6)

---

8) S. المستغيث, quam lectionem in versione secutus sum. 9) S. bene باب

1) S. الي omittit et legit للسجون

2) S. للخواجا (quæ vox est orig. persicæ, usu et significatione vocabulo arabico شيخ conferenda) omittit et legit لنصير

3) S. لبطليموس 4) S. bene الجزري

5) S. وكتب 6) S. male العرض

difficili inter homines compositos; neque defectibus nec erroribus carere. Quæ opinio, si imaginatione tantum nitatur, certe est opinio vera, et, ut utar verbis poëtæ 7):

Eadem inter certam cognitionem et opinionem intercedit differentia,
quæ est inter vigiliam et somnum. 8)

Deus laudandus et extollendus 9), (tale) vitium et ignorantiam condonans, dicta factaque pii ad bonum conciliat exitum. P. 6.

Hunc globum, auxilium Dei invocans, ad imaginem terræ et formam composui, secundum longitudinem et latitudinem cum climatibus ejus et partibus, regionibus et descriptionibus, latitudinibus et ordinibus, tractibus, imperiis, viis, itineribus, desertis vastisque solitudinibus 1), locis cultis et incultis, montibus et arenis, rebus mirandis et insolitis. Situs etiam uniuscujusque regni et climatis est indicatus. 2) Narratur etiam quid locorum accessibilium et periculosorum, tam in terra quam in mari sitorum, jaceat, populi universi per tractus regionesque dispersi memorantur et vallum Dhu' l' carneini (Alexandri) contra Jadjudj et Madjudj

---

7) In S. قد omittitur. 8) S. nullum versuum indicium habet.

9) وتعالي S. non habet. 1) S. ومفاوزها

2) S. اقليم ومملكة

antiquis temporibus exstructum describitur, sicut index 3) operis monstrat.

Per Deum laudandum a peccatis homo defenditur; Ille est in æternum sufficientia mea, a quo bonam directionem et auxilium mihi expetam. Is 4) vota exaudit et desideriis satisfacit. Deus est sapientissimus 5)! — Finis.

Hæc est imago globi terrestris nuper laudati.

---

3) S. كما جاء.

4) Addit S. أهل quod vocabulum eodem modo ac ذو sæpissime adhibetur, quare si lectio, ut mihi videtur, recta est, sequens vox rectius الاجابة scribenda est.

5) Hæc verba in S. post ultimum hujus paginæ vocabulum المذكورة rejiciuntur. Præterea ثم omittit.

[Sequitur mappa geographica, cujus explicationem jam conabor. Opinio fert Arabum, terram undique *Mari ambiente* (البحر، المحيط) (i. e. Oceano) cingi, quod mons *Cáf* appellatus ab omnibus partibus circumdat et quasi continet. Illud num. 2, hunc 1 significat. Sub 58 et 65 hæc leguntur verba, *Mare ambiens; Mare ambiens*, *Regnum Eblísi* (Satanæ) (عرش ابليس).

3. *Jadjudj* et *Madjudj*, populi in septentrione remotissimi. Lectori observandum est, tabulam ita esse comparatam, ut, quod nostræ consuetudini plane contrarium est, partes australes sursum sint versæ, deorsum autem septentrionales

4. *Kaimák*, 5 *Bulghár*, 6 *Rús*, nomina gentium in septentrione habitantium.

7. In cod. ups. legi potest vel الغزنة vel الغزية ex qua posteriore lectione sola vera lectio الغزّيّة *El-Ghazijeh* facile eruitur. Hoc nomine terra *Uzia* insignitur. *Johannsen* (die Geograph. Ansichten der Araber, in Hertha 1829. I.) male *Elghaznah* legit.

8. *Kerdj*, fluvius *Cyrus* Georgianorum.

9. *Shún?* Verior est lectio Johannseni *Sehret* (سحرت) i. e. terra fascinatorum. Cfr Hylander: Caput primum Ibn-el-Vardii pagg. 262, 272.

10. *Regio Secalebeh*, terra Sclavorum.

11. *Costantiniijeh.* 12. *Andeles* (Andalusia, Hispania.)

13. *El-Enkabûdeh* (?) signa diacritica desunt. *Johannsen:* Alenkebudach.

14. *Regio Rûm, Frendj, Ellân, Ellâdh* (?) *et ceteri Christianorum tractus.*

15. *Feludhijeh* populus.

16. Peninsula *Keschmîleh;*

17. *Portæ.* 18. *Flumen Aijel* 6).

19. *Jedjnakijeh.*

20. Regio *domini Throni* (صاحب السرير), heic *Thronus* tantum appellata.

21. *Dejlom,* 22. *Tabarestân.*

23. *Lacus Khovaresmiæ* q. d. Lacus Aral.

24. *Ma vara en-nahr* q. d. *id, quod pone flumen* (*Djihûn*) *jacet.*

25. *Khazladjijeh,* 26. *Kherkhîr* et *Taghzaghaz* populi turcicæ gentis.

27. *Tractus demersus* (*Sv. Lågland*) *regionis Turcarum* (in tabula leg. خسكة) *et Sinensium, cujus ambitus 12,000 parasangas tenet.* 7)

---

6) S. bene اتل *Itil* (sic *Frähn*: Ibn Foszlan, pronuntiat; Abulfeda: *Atol*) i. e. *Rha* seu *Wolga* recentiorum.

7) In Mappa geogr., e Cazvinensi desumta et libro *Mœlleri: Catalogus librorum tam manuscripto-*

28. *Mons ignifer.* 29. *Terra Sín* i. e. Sinensium.

30. *Terra Tibet.*

31. *Flumen duorum fluminum.* 8)

32. 37. *Flumen Sind.* 33. *Terra Sind.*

34. *Khovarestân,* 35. *Fares,* 36. *Kermân.*

38. *Sedjestân.* 39. *Sihûn* fluvius.

40. *Didjeleh* i. e. Tigris. 41. *Frât.* 41. *El-Djezireh.*

43. *Domicilia* (Tribus) *Arabum.*

44. *Meghreb regio* (Occidens Africæ septentrionalis pars.)

45. *Deserta Barcæ.* 9)

---

rum quam impressorum, qui — a beato Seetzenio in Oriente emti in Bibl. Gothana asservantur, Gothæ 1826, inscripto adjuncta, quæ quasi fundamentum globi Ibn-el-Vardii efficere videtur, legitur حشفة cujus significationem haud assequor. — Johannsen 12 parasangas tantum habet.

8) *Nahr Mehân* (نهر مهان) apud *Mœller* l. c. in tabula geogr.

9) Ad circulos, super regione Meghreb delineatos, leguntur in S., ad inferiorem قبايل التكون *Tribus Tekûd* (apud Johannsen l. c. prope hos circulos, *Die Stämme Alkônûd*), ad superiorem قبايل البربر *Tribus Berberorum.* Johannsen in suo co-

46. *Tandjeh.* 47. *Regio Sudân* (Nigritarum.)

48. *Ghaneh.* 49. *Lauah* legit Johannsen. In ups. nulla alia lectio, nisi كوله *Kauleh* vel *Kuleh* erui potest.

50. *Hâmah* (sec. Johannsen) vera lectio videtur. In S. exstat هاله, quæ cum ups. conspirare videtur.

51. Et in ups. et in sucht. ut in cod. Johannseni sine signis diacr. legitur عرفو. Johannsen conjicit *Arfû.*

52. *Kerker* (*Kerm* apud Johannsen). Mecum facit tabula apud *Mœller* l. c. — Nomina a 46 ad 52 indicant populos et regiones Africæ.

53. *Deserta vacua.*

54. *Deserta exitialia.*

55. *Desertum exitiale.*

56. *Quarta pars terræ vastissima, ubi nullæ crescunt herbæ, nec ulæ aves et animalia vivunt, neque aliud rerum creatarum invenitur ob summum caloris æstum, aquæ defectum et nimium frigus.* (Confundit heic auctor in unum locum duas regiones, quæ in sequente tabulæ descriptione in diversas

---

dicem legit ad illum *Sanhâdjah* (*ein Tribus*) ad hunc *Audagast.* — Sinus maris, qui infra Meghreb procedit, in S. vocatur خليج الرومي *Sinus Rumicus*, quo nomine mare mediterraneum vulgo insignitur.

rejiciuntur terræ partes, una in septentrionem, altera in austrum.)

57. *Mons lunæ.* 59. *Regio Zendj.*

60. *Regio Habesch.* 61. *Zila'.*

62. *Nubia.* 63. *Saïd.*

64. 71. *Mare Colzum.*

66. *Mare Sinicum.*

67. *Mare Tibetanum.*

68. *Mare Zendjitanum.*

69. *Mare Indicum.*

70. *Mare Habesinicum.*

Hæc tantum dicta sunto, ut litterarum arabicarum ignari tabulam Nostri geographicam intelligant. Uberiorem ipse auctor in sequentibus dat explicationem, ubi totus in eo versatur, ut legentibus suum globum terrestrem faciat perspicuum.]

P. 7. Hæc est subtilis et concisa dissertatio, quae sit quasi commentarius [tabulæ geographicæ], unde elucescat, quid hicce contineat globus, quo eum inspiciens 1) status montium, regionum, marium et desertorum quidque locorum comprehendat periculosorum, rite cognoscat. Qua in re omnem, si Deus t. o. m. mihi faveat, consumam operam.

Primum omnium descriptio montis *Câf* nos occupabit 2). Deus quidem potentissimus et gloriosissimus in Libro suo eximio, in capite Caf inscripto 3), quod sic incipit, "Per Coranum incomparabilem", hunc montem commemoravit; in eo vero explicando interpretes in sex varias opiniones abeunt, e. c. montem esse e chrysolitho, quod, teste Abu-Salehhi, Ibn A'bbâs 4) dixit (ambobus Deus sit propitius!). Refert A'krameh hoc dictum, ab Ibn 5) A'bbâso quoque traditum: "Deus montem, Câf appellatum creavit, qui mundum ambiret infirmum, ejusque radices, cum saxo ingenti, cui 6) terra incumbit, conjunctas. Quod saxum a Locmâno (cui pax!) describitur,

---

1) S. add فيها. Pro تبيين [illegible] S. habet نبيين

2) S. ولنشرع

3) Caput est quinquagesimum.

4) S. بن

5) S. ابن

6) S. عليها

dicente 7): "O filiole mi! si fuerit pondus grani sinapis et fuerit in petra aut in coelis aut in terra (occultatum); proferet illud Deus tamquam signum" 8). Quando Deo optimo maximo placuerit, pagum terræ quendam concutere, montis hujus radicem, pago huic propinquam jubet moveri, unde repente terræ motus oritur. Dixit etiam Modjahed, terram hocce monte cingi. A Dhahâko refertur, eum esse e Smaragdo viridi, cui duo coeli sustentacula, tabernaculi distenti instar, innituntur, atque virorem coeli inde oriri. Deus, quid verum sit, optime cognoscit! p. 8.

Quod jam ad maria attinet, eorum maximum in terræ superficie est *El-Mohît* (mare ambiens seu Oceanus), quod omnes terræ partes torque ambiens, a parte terræ tantum firmam habet mansionem et littus; nam littus ejus a parte vacua est *Mare tenebrosum*, quod eodem modo, ac Oceanus terram, Oceanum ipsum cingit. Tenebræ hujus maris inde proficiscuntur, quod ab ortu et occasu solis valde distat, et frigus 9) vici-

7) El-Coran. ed. Hinckelm. Sur. 31, 15. الآية ibi non invenitur.

8) S. verba inde ab او usque ad الآية omittit.

9) S. قرارة quod قرارة sine dubio est scribendum. Regionem glacialem intendere videtur auctor. Lectio ups. nullum dat sanum sensum.

num est. Sapientia in aquis maritimis amara salsitudine conspicitur, qua impeditur, quominus ea gustetur vel per gulam facile descendat. Si aqua dulcis fuisset, per temporum seculorumque decursum jam dudum foetuisset et putridine ejus mundus terrestris sane periisset. Nonne vides oculum [i. e. eandem esse ejus rationem], quo
P. 9. homo terram, coelum, mundum et colores videt. Est enim alba et nigra pars oculi copiose abundans lacrymis, quae 1) ex aqua salsa sunt, quia adeps tantum in sale conservatur, quare etiam lacrymae salsae sunt. — Mons *Câf* universum, ut supra dictum est, cingit. In tenebris situs est *Fons vitæ* 2), e quo El-Khidher, cui pax! bibit. Hic fons in segmento inter austrum et occidentem est. In Oceano, qui ad terram vergit, regnum suum habet *Eblîs*, cui Deus maledicat!, in segmento nempe, quod orientem et austrum interjacet, et orientem versus fere e regione est partis terræ vastissimæ. Deus rem optime novit!

Ab Oceano tres *Sinus* initium habent, quorum maximus terrificentissimus et difficillimus est *Mare persicum*, quod, ab oceano orientali incipi-

---

1) S. bene addit مآء

2) In tabula geographica ap. *Mœller* l. c. legitur in australi ejus parte intra exteriorem nigrum circulum عين الحياة

ens, a finibus terræ Sinensium usque ad *Sinum* procedit *Colzumensem*, ubi Deus Pharaonem submerait viamque Mosi et ejus populo siccam stravit. P. 10.
Alius sinus est *Mare Rûm* (Romanum i. e. mare mediterraneum) ex oceano occidentali egrediens, a finibus Andeles (Andalusiæ) et Insulæ viridis, in sinum Constantinopolitanum incidens. — Si a sinu Colzumensi ad fines Sinæ rectâ lineâ iter feceris, mensura hujus intervalli erit circiter 200 diætarum. Eodemque modo, si tibi placuerit, a sinu Colzumensi ad remotissimas *Meghrebi* regiones rectâ via proficisci, iter fiet fere centum et octoginta stationum. Quod si a Colzum inde usque ad *Irâcam* per terram rectâ linea tendens, regionem Semâveh dictam permearis, eam (Irâcam) spatio fere mensis unius attinges 5). Ab Irâca ad flumen *Belkh* via est circiter duorum mensium. A flumine Belkh ad terminum regionum islamiticarum ultimum in limite *Ferghânæ* plus triginta 4) diætarum spatium intercedit. A quo posteriori loco ad Oceanum in ultima Sinensium ditione via est duorum fere mensium. Hæc omnia, si per terram iter fiat, efficientur. Sin autem aliquis iter a Colzum ad Sinam per mare P. 11.
facere cupierit, ei longior fiet distantia et in multam incidet molestiam ob magnas viarum ambages et anfractus et ventorum in his maribus vicissitudines.

---

3) S. الغبيثة   4) S. وعشرون

Mare Rum, ut ante dictum est, ab Oceano Occidentali inter Andalusiam et Tandjeh usque ad littus terræ Syriæ progreditur. Cujus distantiæ mensura, secundum narrationes, quatuor efficit menses. Rectius patentiusque est hoc mare quam persicum, quare fit, ut, ex ore sinus hujus (i. e. ubi ex Oceano defluit) exeuntem, unus idemque ventus ad plurimas hujus maris partes te ducat. Inter (mare) Colzum quod sinus est Persici, et Rumicum, viâ australi (vel Kiblæ) quatuor diætarum iter est. Quidam El-Corani interpretum credunt, hunc locum his verbis significari: "inter ea [duo maria] vallum, ne transiliant." 5) Deus, quid verum sit, optime novis! 6)

P. 12. Sectio de locorum distantiis.

Inde ab Aegypto usque ad remotissimum Occidentem (Africam) 180 7) diætarum iter interjacet. Inter Occidentem remotissimum et Orientem ultimum circiter 400 intercedunt diætæ. Quod si terræ latitudinem, a septentrione ultimo ad austrum maxime distantem quæsieris, a littore Oceani incipies, dum ad Jadjudj et Madjudj venias; tum extra Secâlebeh (Sclaviam) præterveheris, et interiorem terram Bulghâr 8) et interiorem Scla-

---

5) El-Coran. Sur. 55, 20.

6) Hæc verba S. omittit. 7) S. وثلاثين

8) S. recte البلغار. Incuriâ librarii و pro م in ups. scriptum est.

viam permeabis, deinde per terram Rûm incedens
ad Schâm (Syriam), Misr (Aegyptum) et Nubi-
am progredieris et denique per desertum inter
terram Nigritarum et Zendj, donec ad Oceanum
iterum pervenias, contendes; ita linea inter
septentrionem et austrum orietur. Cujus vero
lineæ et regionis mensura sic emetienda est. A
regione Jadjudj et Madjudj ad Bulghâr et terram
Secâlebeh circiter 40 diætæ sunt; a terra Se-
câlebeh per regionem Rûm ad Schâm fere 60 diæ- P. 13.
tæ; a Schâm ad terram Misr 9) circiter 30 diætæ,
inde ad Nubiam ultimam circiter 80 diætæ, si ad
desertum nuper memoratum numeres; unde summa
efficitur 210 diætarum; quæ omnes regiones sunt
excultæ. Quod inter Jadjudj et Madjudj Ocea-
numque in septentrione et inter deserta Nigrita-
rum et Oceanum in austro jacet, vastum est de-
sertum, ubi nulli inveniuntur loci exculti, neque
animalia ulla nec herbæ. Horum duorum deser-
torum distantiam ab Oceano, quanta sit, nemo
cognoscit; quia ad ea, dum in septentrione nimi-
um frigus, in austro summus calor culturam
omnem vitamque prohibet, accessio plane est in-
tercepta. Tota regio, inter Sinam et Meghreb
sita, habitatur et ab Oceano quasi circulo cingi- P. 14.
tur. — Mare Rumicum et ab Oceano initium
habet et in eundem sese effundit; persicum vero

---

9) S. addit أرض

non ita, quod, quamquam ab Oceano incipit, ibi tamen non influit.

Mare *Khozr* (Caspicum) neque ab Oceano nec alio quovis 1) mari derivatur, sed in loco, quem occupat, sine ullo augmento continuo creatum in Oceanum per sinum Constantinopolitanum exit. Hoc est mare terribile. Si quis a Khozro inde in littore ejus iter faciens, ad terras Dailom Tabarestân, Djordjân, et Desertum Sijah Kujeh fuerit profectus; is sane ad eundem, a quo exierit, locum revertet, nemine, nisi in fluvio, quem trajiciet, eum prohibente.

Eadem est ratio *Lacûs Khovârezm* (Aral), eo tantum excepto, quod in Oceanum is non incidit.

Hæc quatuor sunt maria maxima, quæ in
P. 15. telluris superficie inveniuntur. Præterea in regionibus et tractibus Zendjitarum ab Oceano sinus aliquot initium habent; sicut pone terram Rûm sinus quoque et maria sita sunt, quæ tamen, propter suam, si cum illis maribus comparentur, parvitatem numerumque majorem, heic non memorantur. Alius etiam sinus extra terram Secâlebeh fere duorum mensium spatio ex Oceano procedit, qui, dum in mare Rûm incidat, terram Rûm apud Constantinopolin secat.

Terra Rûm ab hocce Oceano juxta regiones

1) S. omittit اصلا

Djelâlakeh, Afrendjeh, Rumijeh et Aschbinâs ad Constantinopolin, deinde ad terram Vischidûn sese extendit, cujus spatii longitudo est fere 170 diætarum. Nam a finibus Thoghûr 2) in septentrione usque ad terram Secalebeh fere duo menses interjacent; antea vero jam tibi expositum est, intervallum inter austrum remotissimum et septentrionem ducentas et decem esse diætas 3).

Quod ad Rûm proprium attinet, a finibus Rumijæ (Romæ) ad fines Secâlebeh [extensum], et quid terrarum Afrendjeh, Djelâlakeh (Galiciæ) aliarumque 4) regioni Rûm adjeci, varias habet leges et consuetudines, unam tamen religionem et unum agnoscit imperium, sicut in regno Islamitico res sese habet, ubi, quamvis consuetudines varient, unus tamen tenet imperium. P. 16.

---

[2]) Vocabuli ثغر vim ita (Abulf. Tabulæ Syriæ ed. Kohler p. 30) Moschtarek definit: "At-Tschaghr est nomen unius cujusque arcis (loci potius) limitaneæ hosti oppositæ." Talia loca varia variarum terrarum fuisse constat. Probabile est, heic significari Syriæ confinia, Græciæ vicina.

[3]) Quare si e summa 210 duo menses detrahantur, 140 diætæ supererunt, quas auctor 170 ita sine dubio numeravit, ut intervallum a Thoghur ad septentrionem remotissimum summæ 144 adderet.

[4]) S. add. وغيرهم

Regnum *Sîn* (Sinense), secundum Abu-Ishâcum Persam et Abu-Ishâcum Ibrahimum ben-el-bekîn, regis Khorasâni Janitorem, quatuor menses longitudine, latitudine autem tres tantum se porrigit. Nam ab ore sinûs inde usque ad eas Islâmi regiones, quæ pone fluvium (Ma vará en-nahr) sitæ sunt, numerans trium mensium viam invenies. A finibus autem ejus orientalibus incipiens ad fines occidentales in terra Tibet procedens, deinde per terram Taghzaghaz, Kherkhîr et præter Kajmâkiam ad mare usque iter faciens, quatuor emetieris menses. — In terra Sîn ejusque impe-
P. 17. rio variæ sunt et diversæ consuetudines. Turcæ autem universi ex populis Taghzaghaz, Kherkhîr, Kaimâk, Ghazijeh 5) et Khazladjijeh unam sequuntur legem; eorum etiam alter alterius intelligit linguam. — Omne Sinensium regnum e rege, qui Constantinopoli (?) sedem habet regiam, nominatur; quemadmodum imperium islamiticum, a rege Baghdâdi habitante et regnum Indiæ a rege Konnûdji degente denominatum est.

Ghazijeh fines regionum suarum inter Khozr, Kaimâk, terram Khazladjijeh et tractus Bulghâri extendit.

Termini *Dejlomi* inter Djordjân, Barâb, Isbidjâb regionesque Kaimakiæ positi sunt.

---

5) S. iterum الغزية

Jadjudj et *Madjudj* in septemtrionali terræ plaga, quum, quod inter Kajmakiam et Sclaviam P. 18.
terrarum jaceat, permeaveris, habitantes invenies. Deus spatium, quod occupant, solus novit. Altissimi sunt eorum tractus; quare neque jumentum ullum ibi adscendere potest 6), nec alio quodam modo, nisi pedibus ad eos pervenitur. Nemo illustriorem de illis dedit narrationem, quam Abu Ishâk, regis Khorasâni Janitor, qui refert, mercatores sui populi ad hos perveniunt 7), dorsis hominum et caprorum inequitantes. Sæpe accidit, ut in adscensu montis et descensu septem vel decem dies morentur.

Kherkhîr inter Taghzaghaz, Kaimâk, Oceanum terramque Khazladjijæ et Ghazijæ habitant.

Taghzaghaz populus est inter fines Tibeti 8), terram Khazladjijæ, Kherkîr et Sinensium regionem.

Sîn inter Oceanum, Taghzaghaz, Tibet 8) sinumque persicum jacet.

Secâlebeh tam longe lateque extenditur, ut lon- P. 19.
gitudine duos menses totidemque latitudine numeret.

---

6) S. تترقاها

7) Omittitur in S. لا, quod, nulla negatione præcedente, heic redundat sensumque interrumpit.

8) S. تنبت

Bulghâr parva est civitas, quæ haud multas possidet ditiones. Celebris tamen quondam fuit, quia regnis heic sitis portus erat et navium statio. Rûs vero, Itil et Semender anno 358 eam plane spoliarunt omnemque ejus potentiam everterunt.

Rûs gens est vicina Bulgharo, quam inter et Sclaviam domicilia sua habet. Tribus Turcarum e terra sua emigravit et inter Khozariam et Rûm consedit. Hunc tribum nominant *Jedjnakijeh* 9). Locus vero eorum, quamvis ibi diu habitarint, nullas, quæ ipsis sint, domus habet.

Khozr, generis Turcici, ad mare, cui nomen dederunt, sedes habent.

P. 20. *Itil* alia est gens antiqua, ab Itil 1) fluvio suo, qui in mare nuper laudatum influit, denominata. Eodem nomine regio etiam ejus appellatur 2). Neque copiam proventûs, nec vitæ commoditatem, neque amplum imperium hæc provincia possidet. Inter Kherkhîr, Jedjnakijeh et Sarir 3) sita est.

Tibet 4) inter Sinam, Indiam, Taghzaghaz,

---

9) *Frähn* l. c. pag. 44 بجناكية i. e. *Petschenegen* conjecit.

1) S. add. اتل   2) S. يسمي

3) Vid. pag. 14. N:o 20.   4) S. iterum تنبت

Khazladjijeh et mare persicum jacet. Alia ejus regionum intra Indiæ regnum alia intra regnum Sinense sita est. Regem tamen nemini subditum habet, qui a Tobâba'eh, regibus jemanensibus originem trahere dicitur. Deus, quid verum sit, optime novit!

Quod jam ad plagam telluris australem attinet, ibi occurrunt provinciæ Nigritarum, quæ in remotissima Occidentis (Meghrebi) regione apud Oceanum 5) jacent. Hæ omnino adeo separatæ sunt, ut nullum cum aliis regnis habeat commer- p. 21
cium. Unus enim finium ad Oceanum pertinet, alter ad Desertum, quod has inter provincias et terram Meghreb procedit; tertius ad Desertum inter eas et Ægyptum prope deserta majora situm, vergit et quartus ad Desertum sese extendit, ubi nullas herbas inveniri diximus, neque animalia, nec terras cultas, propter nimium solis æstum. Terra eorum (Nigritarum) 700 paras. longa totidemque lata esse dicitur, excepta tamen ea parte, quæ ab Oceano ad Deserta majora extenditur, ubi longitudo superat latitudinem.

Nubiæ hi sunt fines: regiones Ægypti; Desertum periculosum jam commemoratum; Desertum, quod, inter terras Nigritarum et Ægyptum situm, supra etiam retulimus, et postremo terra Badjeh.

---

5) S̱. بحر

P. 22. *Badjeh* parva est regio, inter Habessiniam, Nubiam et illud invium Desertum.

Habeschah (Habessinia) ad mare Colzum, quod sinus est maris persici, sita est. Fines ejus hi sunt: regio Zendj; Desertum inter Nubiam et mare Colzum; Badjeh et Desertum invium.

Zendj inter provincias Nigritarum ea est, quæ longissimam habet extensionem, nec ullum regnum, si Habessiniam excipias, ei contiguum est. E regione 6) Jemani, Persiæ et Kermâni austrum versus sita adeo porrigitur, ut tandem e regione fiat Indiæ.

Hind (India), si longitudinem ejus respexeris, a præfectura inde Mekrâni in terra Mansureh,
P. 23. et Badheh 7) ceterisque Sindiæ tractibus, usque ad Connûdj extenditur et deinde ad Tibet se vertit. Quod spatium est fere 4 mensium. Latitudo autem ejus, a mari persico ad regionem Connudj 3 fere 8) menses efficit.

Imperium Islamiticum a limitibus Ferghânæ per Khorasanam, Djebâl, Irâcam, Dejâr-el-A'rab, ad littora Jemani, longitudine 5 mens. porrigitur. A terra Rûm, per Syriam, Djezireh, Irâcam, Persiam et Kermân ad Mansuram in littore maris

6) S. bene محاذاة 7) S. والبدهة

8) S. نحوا recte.

persici, 4 fere mens. latitudine est. In longitudine regni islamitici commemoranda, fines Occidentis usque ad Andalusiam consulto præterii, quia quasi manica indusii sunt. Neque enim a parte Meghrebi orientali neque occidentali Islâm invenitur. Nam si Ægyptum ad Meghreb pervaseris, habebit quidem Meghreb ab austro regiones Nigritarum, a septemtrione autem mare Rûm et deinde terram Rûm. Quod si justum sit, a P. 24. Ferghâna inde usque ad Meghreb et Andalusiam longitudinem regni Islamitici numerare; ea fiet 200, et quod excurrit, diætas. Ab ultimo enim Meghreb ad Ægyptum numerantur circiter 90 diætæ; ab Ægypto ad Irâcam circiter 30, ab Irâca ad Belkh circ. 60, et a Belkh ad Ferghânam usque circ. 20. diætæ. Deus rem optime novit!

Caput de figura terræ et divisione, ea parte excepta, cujus jam mentio fuit.

Deus t. o. m. dixit: "A. L. M. reddamus terram lectum et montes paxillos" 9). Et dixit potentissimus 1) dicens: "qui vobis terram fecit stra-

9) El-Corani Sura 78, 6. 7. De Litteris mysticis A. L. M. videsis Commentatores El-Corani.

1) Gherman legit Rasmussen, in libello, De monte Câf, inscripto ubi ad hunc Nostri locum citat. Cod. ups., diligéntius a me inspectus, talem lectionem (غرمن) haud admittere videtur.

P. 25. tum, cœlumque ædificium" 2) Deus laudandus et
extollendus dixit; "et Deus terram vobis fecit
stratum." Plures interpretum sensum vocabulo-
rum (arabicorum heic occurrentium) *Mehâd* et
Besât ita exponunt, ut *mansionem in ea* (terra) *sta-
bilem*, et *potestas summumque in eam imperium* signi-
ficent. — De forma terræ et figura jam antiqui-
tus dissenserunt. Nonnulli referunt, eam esse
planitiem expansam et æqualem, quatuor plagis:
oriente, occidente, septemtrione et austro. Alii
putant, eam mensæ similem esse, alii cum tym-
pano eam conferunt. Alii vero contendunt, eam
semisphærium formâ fornicis referre, cujus late-
ribus cœlum nititur. Opinio, quam maxima ho-
minum pars sequitur, hæc est: terra, sicut glo-
bus, rotunda cœlo undique cingitur, eodem mo-
do, quo ovi album luteo circumdatur. Vitellus
igitur terram refert, albumen cœlum 3). Testa
ovi cœlo etiam similis est, si excipias, formam
P. 26. cœli, non sicut ovi esse oblongam, sed rotundam,
quemadmodum ambitum sphæræ torno dolatæ.
Quam ob caussam geometræ 4) dicunt, si mente
in una terræ parte fodiatur, ad alteram huic op-
positam plagam perveniatur esse necesse. Si igi-
tur e. c. Andalusia perforetur, foramen in Sina

---

2) Verba exstant in El-Cor. Sura 2, 20.

3) S. السمآ   4) Sine dubio مهندسون est legendum.

aperietur 5). — Credunt alii terram in medio tamquam scyphum esse excavatam.

Dissensio etiam de numero tellurum exstitit 6). Deus potentissimus, gloriosissimus, idemque loquentium veracissimus dixit 7): "qui septem creavit cœlos, totidemque tellures." Fieri potest, ut hæc comparatio 8) ad numerum et multitudinem referatur. In narratione quadam refertur, aliam earum super alia esse sitam, et crassitiem 9) uniuscujusque 500 annorum iter efficere, sicut quidam numerant; unicuique terræ suum esse populum, figuram et formam singularem. Quæque suo etiam nomine appellatur, quemadmodum omnes cœli nomen proprium acceperunt. Putant nonnulli animalia igneæ familiæ in quarta terra P. 27. vivere, et in sexta terra esse domicilium populi ignei. Qui ad has res animum diligentius vertere cupierit, plura in libris Vahabi ben Mombeh,

5) لتنغن lego.

6) Nugarum, quas de hac re El-Corani Commentatores, Traditiones e. s. p. larga manu effuderunt, quasi compendium heic sistit auctor. Non mirum erit, si multa ibi occurrant nobis obscura et confusa; valde enim dubito, an omnia, quæ refert Ibn-el-Vardi, ipse perpexerit.

7) El-Cor. Sura 65, 12.

8) Respicit auctor verbum مثلهن in loco El-Cor. citato. 9) S. وغلظ recte.

Ka'bi et Mucâteli inveniet. Ad effatum Dei potentissimi et gloriosissimi "septem cœlos, totidem tellures" A'ta ben Jesâr refert: in unaquaque terra Adamus sicut vester Adamus, et Noachus vestro Noacho similis, et Ibrahim vestro Ibrahimo similis vixit. Deus sapientissimus est! Neque hoc dictum est admirabilius, quam, quod contendunt philosophi, multos inveniri soles et multas lunas, et unumquodque clima solem suum et lunam et sidera habere. Antiqui dixerunt, septem esse tellures pro vicinitate conjunctione et separatione climatum, non autem si ad congruentiam et concordantiam 1) respicias.

Qui e Muslemicis 2) ad res hujusmodi attendunt, ad hanc sententiam inclinant. Quorum alii censuerunt, septem tellures ita esse positas ut, quemadmodum gradus scalæ, depressæ vel subla-
P. 28. tæ sint. Alii vero putant, terram in quinque zonas esse divisam, quæ sunt septentrionalis, meridionalis, temperata, æquabilis et media.

Dissentiunt etiam de summa (mensuræ) terræ et quantitate. De Mekhul traditur, eum dixisse, distantiam inter remotissimas et maxime propin-

---

[1]) Voc. مكابسة nullibi antea offendi. Forte vitium inest. E proxime antecedente مطابقة sequitur, ut vox ejusdem signif. sit exspectanda; quare مقايسة conjecturá sane arduá legi.

[2]) S. male المسلمون

quas terræ partes 500 annos efficere, quorum 200 mare continent, 200 incultas occupant regiones, 80 ad Jadjudj et Madjudj et 20 reliqui ad ceteros homines pertinent. Secundum Cottâdeh refertur, terram esse 24,000 parass. amplitudinis, quarum 12,000 Nigritæ, Rûm 8000, Persæ et Turcæ 3000, et Arabes 1000 possident 3). A'bd allah ben Omar (quibus Deus faveat!) attulisse narratur, eam Nigritarum partem, quæ vestibus non 4) utitur, numerosiorem esse, quam ceteros homines. — Ptolemæus in libro suo El-Madjesti mensuram et diametri et ambitûs terræ probabiliter docuit. P. 29.

---

3) Postquam in libro vertendo jam huc erat perventum, forte fortuna in codicem incidi, qui, in collectione mss. orientt. *Sturtzenbeckeri* amplissimâ, Bibliothecæ ups. donatâ, latens et præter varia varii argumenti Djelal-ed dîni Sojutensis scripta et poëmata variorum quædam comprehendens communique inscriptione مجموعة *collectio* insignitus, folia etiam 49 Ibn-el-Vardii inserta, nitide manu recentiore scripta servat. Quod fragmentum, tabulâ tantum geographicâ omissâ, totum complectitur prooemium, et majorem capitis primi partem. Haud paucas lectiones variantes ibi inveni. Quæ ad paginas jam absolutas pertinent, eas in addendis notabo. In sequentibus hunc codicem novum litteris *St* signabo.

4) S. et St add. لا

Dicit enim, ambitum terræ 180,000 Ustarabûs 5) (stadia?) esse i. e. 24,000 milliaria. Qua ratione summa 8000 parass. efficitur. Nam parasanga una tria æquat milliaria, milliare 3000 ulnas mensuræ melkiticæ; ulna vero tres habet spithamas, et spithama unaquæque 12 digitos, digitus unus quinque hordei grana, quorum media, unum ad alterum, posita sunt, et latitudo grani hordeacei sex est caudæ mulinæ pilorum. Ustarabûs autem unum 400 000 ulnas continet 6). Crassities terræ, pergit [Ptolemæus], quæ eadem ac diametros ejus est, 7630 milliaria, s. 2545⅓ parass. (?) conficit,
P. 30. et amplitudo terræ totius 132,600,000 mill. s. 288,000 parass. — Quæ si vera sint, aut ab ipsa veritate 7) aut inspiratione sunt suggesta. Sin ratiocinationi vel demonstrationi debeantur, veritati quoque sunt propinqua. Deus veritatem optime novit! — Quod ad sententiam Cottâdæ et Mekhûli attinet, scientiæ 8) certæ non est necessarium, dubium in illa dijudicare.

De maribus etiam, aquis et fluviis dissentiunt. Tradunt Muslemici, Deum aquam 9) marium ama-

5) St. أُسْطَارُبُوسِ

6) Forsan numerus millenarius heic est resecandus; quamvis tres codices in eandem conspirent lectionem.

7) من الحق St. omittit.

8) العلم St.

9) St. add. ما

ram et celeriter occidentem creasse et de coelo aquam dulcem demisisse, juxta effatum Dei t. o. m. [in El-Corano]: "videtisne aquam, quam bibitis? utrum vos eam e nubibus demittitis, an nos demittimus? Si nobis placuerit, eam salsam fecerimus; etiamsi vos non gratias egeritis." Dicit Idem t. o. m. alio loco: "e coelo aquam potenter demisimus et in terra eam collocavimus." Omnis igitur aqua, sive e puteo sive e flumine sive e fonte sit hausta, ex hac aqua erit, quæ e P. 31.
coelo fuerit demissa. Et quum tempus appropinquaverit, Deus mittet regem cum pelvi 1), cujus magnitudinem Deus t. o. m. solus novit, et ille hanc omnem aquam colliget et in paradisum referet. Scripturarii [Christiani et Judæi] credunt, quatuor flumina Frât 2), Sihân, Djihân et Didjelleh e paradiso proficisci, quia antumant, paradisum in oriente terræ plaga esse situm. Narratur, Frât tempore Moavijæ decrevisse et malum punicum, speciem cameli in genua procumbentis referens, ejecisse, quod e paradiso fuisse contendit Ka'ab. Qui si veraces sint, non paradisum proprie sic dictum, sed quendam tantum terræ paradisorum indicare possunt. — Antiqui censuerunt, aquam ita a cursûs mutationibus pendere, ut sapor ejus sapori terræ humique, quam permeaverit, similis sit. — Nos quidem Dei t. o. m. potentiam haud denegamus, qua quamque rem, quemadmodum voluerit, mu-

---

1) طست S. et St. 2) St. الفراة ut semper.

p. 32. tare possit 5), sicut sperma genitale in cruorem, cruoremque in carnem commutat. Deinde eodem modo rem, dum eam perdat, vicibus repetitis immutat, juxta voluntatem et sicut instituerit. Ob potentiam, omni rei salutiferam laudetur!

Variant etiam de salsitudine aquæ maritimæ opiniones. Sunt, qui putent, eam, dum in uno loco longius moratur et sol ardore suo super ea consistit, fieri salsam amaram, et aërem ex ejus particulis, quid dulce sit, et eorum residuum, quæ terra ex humido digesserit, extrahere 4), eamque ob caussam fieri spissum. Alii contendunt, montes in mari reperiri, qui aquam ejus permutant; ideoque illam fieri amaram et celeriter occidentem.

In accessu etiam maris et recessu explicando in diversas abeunt partes auctores. Aristoteles caussam ejus rei habuit solem, quum ventum moveat; dum venti augescunt, maris accessus existit 5);
p. 33. dum decrescunt, mare recedit. — Putat Kimaûsch, maris accessum e fluviorum in mare effusione, recessum autem ex eorum cessatione pendere. — Ex Astronomis sunt, qui contendant, mare in plenilunio accedere, decrescente autem luna rece-

---

3) S. أخالة vitiose.

4) واجتذب الهوآ ما لطف S. et St.

5) Post كان S. et St. add. منها

dere. — In traditione quadam exstat, Deum t. o. m. regem maribus præfecisse, qui, pedibus in mare positis ejus accessum, sublatis vero recessum efficit. Quæ si vera sint (Deus veritatem optime scit!), fides iis habenda melior erit, quam transitus ad quoddam aliud, quod veritati haud prosit. Quod si quis crediderit, hunc regem ventos, caussam maris accessûs, qui fluviis augesceret [6]), excitare, eumque plenilunio id facere, unde conciliatio et inter has omnes opiniones concordantia nasceretur; illa opinio sane erit pulcherrima. Deus t. o. m. est sapientissimus!

Dissentiunt etiam de montibus. Deus gloriosissimus et potentissimus dixit [7]): "projeci in terram montes, ne ea vobiscum moveretur." Idem de hac P. 34.
re loquitur, in capite [8]), "Câf, per El-Coranum incomparabilem" incipiente. Quidam El-Corani commentator credit, inter coelum et montem Câf staturam hominis longioris distare. Alius autem dicit, coelum ei esse impositum [9]). Homines narrant, pone Câf creaturas inveniri, quas nemo nisi Deus t. o. m. cognoscit; alii perhibent, ea, quæ pone hunc sunt, ad vitam alteram ejusque ditionem pertinere, et solem inde oriri ibique occidere, montem-

[6]) St. للمد وهو الذي يزيد

[7]) El-Cor. Sur. 16, 15.

[8]) L. c. Sur. 50 in. Cfr pag. 18. [9]) مطبقة S. et St.

que illum eum terræ intercipere. Alii dicunt, montes esse quasi ossa terræ et radices.

Quæ sub terra sint, alii aliter definiunt. Antiquorum plurimi crediderunt, terram aquâ, id quod perspicuum est, cingi, aquam deinde aëre circumdari, aërem igne, ignem coelo mundi; tum sequi coelum secundum, post tertium usque ad
p. 35. septimum, et tandem hæc omnia sphærâ stellarum fixarum 1) cingi; omnes deinde sphæras maximo Atlante immobili circumdari, deinde sequi mundum spiritualem, quem supra esse mundum intellectualem 2); hanc sequi mundum animæ et imperii (?) et supra mundum animæ et imperii majestatem divinam, cultoribus suis dominantem, summâ fruentem cognitione et sapientissimam, sedem suam occupavisse. Secundum fundamentum systematis, cui antiqui firmiter adhæserunt, coelum est tam super quam subter terra. Traditur, Deum t. o. m., postquam terram creaverat eamque sicut navem in latera sese moventem viderat, regem misisse, qui, donec sub terram veniret, descendit et eam cervici imposuit. Deinde ambas manus, unam 3) in oriente alteram in occidente eduxit et septem terris comprehensis eas firmiter tenuit, unde [terra] quieta

1) St. male الثانية

2) S. et St. recte add. عالم العقل

3) St. احديها

mansit. At nondum pedibus regis erat stabilis
locus, quare Deus e paradiso taurum, cui 40,000
cornua totidemque erant pedes, demisit et pedes P. 36.
regis in gibbo ejus collocavit. Sed quia pedes
gibbum non attingebant, Deus smaragdum viridem,
mille annorum ambitûs, e paradiso mittens, eum,
pedibus regis stabilem mansionem, gibbo tauri im-
posuit. Cornua hujus tauri a tractibus terræ us-
que infra thronum regis, reticulati operis 4) modo,
exeunt. Spiraculum foramina hujus smaragdi vi-
ridis, qui sub mari est, taurus habet; unoquoque
die bis respirat et illo anhelante mare accedit,
spiritum vero retrahente recedit. Sed pedum ful-
mento tauro adhuc deficiente, Deus tumulum (?)
ex arena creat, cujus magnitudo septem coelos
et totidem tellures æquat et cui pedes tauri inni-
tuntur. Huic autem tumulo alio fundamento opus
erat; piscem igitur, Belhut appellatum, Deus crea-
vit et pilis piscis et pilis pinnarum, quæ in me-
dio dorso ejus erant, tumulum imposuit. Hic pi- P. 37.
scis catenâ, multoties crassiore quam coelis et
terrâ, est ligatus. Eblîs, cui Deus maledicat! ad
illum pervenit, eique sic locutus est: "Omnium,
quas Deus procreavit, creaturarum tu es maxima.
Quare igitur mundus a dorso tuo nunquam remo-
vebitur?" Pisci talia animo versanti Deus culi-
cem, qui eum occupatum teneret, in oculum im-

4) S. et St. bene مشبكة

misit. Alii putant, piscem spithamae magnitudine (?) fuisse, quem Deus ei immisit et quo eum occupatum tenuit; piscem [Belhût] itaque formidine et terrore captum, oculos in hunc fixos tenuisse. Dicitur Deus montem Câf, qui e smaragdo viridi est confectus et caput, faciem et dentes possidet, ex illo smaragdo protulisse, et ex monte Câf, quemadmodum ex arborum radicibus arbores pullulant, sic montes excelsos crevisse. Putat Vahab ben Monbeh 5), hunc piscem et taurum terrae aquam,
p. 38. in mare profluentem deglutire, ideoque nullum augmenti vestigium in maribus conspici; ventribus vero eorum aquae multitudine impletis, instare resurrectionem 6). Sunt qui dicant, terram super aquâ esse sitam, aquam super saxo, saxum super gibbo tauri, taurum super arenae tumulo densissimo, tumulum super dorso piscis, piscem super vento sterili [aqua carente], ventum super velo tenebrarum, tenebras vero super humido esse et ad humidum usque pertinere, ubi fines etiam sunt mundi creaturarum. Quae pone haec jaceant, nemo nisi Deus potentissimus et gloriosissimus, cui omnia sunt et in coelis et in terra et quae haec inter et pone humidum reperiantur, comperta habet. Hae sunt earum rerum narrationes, quarum cognitionem homines avide et cupide expetunt. Ea est earum conditio, ut vir, ad illas at-

---

5) S. omitt. بن منبه   6) St. الغيبة

tendens, potentiam Domini sui magni faciens, et miracula operum Ejus obstupescens, religiosior evadat. Quæ [miracula] si vera sint, artificem eximie potentem in iis creandis Is sese manifestavit; sin a scripturariis et historiarum 7) scriptoribus P. 39.
sint excogitata; ea omnia similitudinis et comparationis haud 8) interdictæ modo sunt usurpata. Deus est sapientissimus!

Schaibân 9) ben A'bd er-Rahmân, secundum Cottâdeh, qui ab El-Hassano, qui ab Ibn-Horaireh (Deus ei propitius sit!) ea acceperat, hæc refert. Quum propheta (cui Deus benedicat salutemque reddat!) inter discipulos suos sederet, ecce! super iis nubes sunt exortæ. Num vos, inquit, scitis, quid rei hæ sint? Quibus respondentibus: Deus Ejusque propheta sapientissimi, dixit: illæ sunt harum terræ regionum nubes, quas ad populum ingratum, qui Eum non invocat, Deus 1) propellit. Deinde interrogando perrexit, an cognoscitis, quid super vobis sit? Iterum iis respondentibus, Deus Ejusque propheta sapientissimi, inquit: hoc est, quod coelum custoditum et undam clausam attollit. Denuo interrogavit, num vos spatium inter illud et vos novistis? responderunt: Deus et Ejus propheta sapientissimi. Super

7) St. add. والكُتّاب 8) St. وابس
9) St. شبيان 1) S. add. الله

hoc, inquit, thronus (Dei?) est, quem inter et coelum tantum distat, quantum inter duos coelos 2) Postea dixit, num scitis, quid subter vo-
P. 40. bis sit? Responderunt illi: Deus Ejusque propheta sunt sapientissimi. Sub terra, continuavit, alia terra jacet, quas inter 500 annorum spatium intercedit. Si fune vos demiseritis, sane ad Deum descendetis (?). Legit denique (ei Deus benedicat et salutem tribuat) hæc: "Is est primus et ultimus, apparens et occultus" et cetera. Hæc est narratio, quæ veritatem multorum eorum, quæ videtis 3), testatur. Deus t. o. m. est sapientissimus!

Jam ad ea revertamus, a quibus paullum declinavimus, propter commemorationem commentarii in globum illum terrestrem, et propter terrarum divisionem earumque memoriam et memorabilium illarum et statuum narrationem. Index jam sequitur eorum, quæ, (Deo t. o. m. volente) commemorabimus, Capitum.

Caput de regionibus et oris.

---

[2]) Verba proxime sequentia او كما قال *aut sicut dixit* aut male intelligo, aut sunt referentis, qui nuper dicta quasi corrigit. De vero autem eorum sensu incertus, ea e versione ejeci.

[3]) St. روي; quam lectionem forsan meliorem receptâ putem. Si hanc fueris secutus, sensus erit: *quæ narrantur.*

Caput de sinibus et maribus.

Caput de insulis earumque memorabilibus 4). P. 41.

Caput de [aliis ibi occurrentibus] attentione dignis mirabilibus 5).

Caput de fluviis celebrioribus.

Caput de fontibus et puteis.

Caput de excelsis atque magnis montibus.

Caput de lapidum virtutibus.

Caput de mineris et gemmis earumque virtutibus.

Caput de plantis ac fructibus eorumque proprietatibus 6).

Caput de oleribus eorumque natura.

Caput de varii generis herbis earumque viribus.

Caput de seminibus eorumque proprietatibus.

Caput de animalibus et volucribus 7) eorumque virtutibus. P. 42.

Finem denique libri facient notitiæ bellorum

---

4) St. hoc caput omittit.

5) St. pro للاعتبار habet وما فيها من الاعتبار i. e. *et quæ in iis sunt attentione digna.*

6) Sequitur in S. et St. caput, quod in notula notavi, *de granis eorumque indole.*

7) St. والطير

et signorum diei novissimi ingruentis, et seditiones miraque eventa tum sese manifestantia. Præterea capita quædam sequentur, quæ quum scribere adgrediemur, memorabuntur. His absolutis liber absolvitur. Deus rem ad bonum ducat exitum!

CAPUT SECUNDUM.

Narrationem jam aggrediemur de maribus, si- P. 1.
nibus, insulis, [earum] memorabilibus et iis, quæ
in illis memoria et attentione digna videantur, si
Deus o. m., idemque sapientissimus operi nostro
faverit.

Sectio de Oceano ejusque memorabilibus.

Oceanus mare est maximum, quo cetera maria,
sive conjuncta sive disjuncta sint, continue au-
gentur. Nemo, nisi Deus o. m. littus ejus et
profunditatem cognoscit. Quæ in terræ superfi-
cie reperiuntur maria, ejus sunt sinus. In hoc
mari Eblîs (cui Deus maledicat!) thronum habet.
Urbes, geniis habitatæ, e regione quadrantis ter-
ræ vastatæ, aquæ heic innatant, in quibus ca-
stella arcesque aquis innatantes, miræque imagi- P. 2.
nes et effigies singulares nunc apparent 1), nunc
in aquis latent. Ibi simulacra sunt, quæ in aquis

1) S. ويظهر

erecta posuit Abraheh dhu-l-menâr (i. e. dominus lucis) Himjarensis. Tria sunt simulacra, quorum unum viridis coloris, manum extendit, veluti navigantes affatus jubeat reverti; alterum rubrum ad se ipsum indicium facit, veluti hoc mari proficiscentes apud se subsistere neque ulterius transire moneat. Tertium simulacrum album digito ad mare quasi innuit, prætereuntem hunc locum esse periturum. In pectore hujus simulacri, charactere [scripturæ Himjariticæ] Mosned appellato scripta, hæcce leguntur: "hæc sunt, quæ Abraheh dhu-l-menâr Tobba' Himjarensis, sacrificium soli, domino suo 2) oblaturus posuit."

In hoc 3) mari arbor margaritifera, sicut in
P. 3. terra aliæ arbores, crescit. Insulæ et habitatæ et vacuæ heic sitæ sunt; quas Deus o. m. solus cognoscit. Ait Abu-l-Zendjân Khovaresmius, Oceanum occidentalem, Andalusiam alluentem, vocari etiam *Mothlem* (mare tenebrosum), quod, nemo tamen umquam est ingressus 4), sed prope littus se tenuit. Inde sinus, *Nitesch* 5) et *Trabisendeh* appellatus, qui idem est ac mare *Kerem* (Crim), exit et ad septemtrionem extensus, murum præterfluit 6) Constantinopolis, et, donec in mare Schâm

---

2) S. اسبكتة et تقرب quas sum secutus lectiones.

3) وفي excludit S.   4) S. يلجج

5) S. بنيطش sicut ups. etiam postea scribit.

6) Pro S. في habet علي

(Syriæ) effundatur, fit angustior. Deinde 7) versus septemtrionem, e regione Secâlebæ se extendit, ubi sinus in septemtrionalibus Secâlebæ partibus exit, qui, quum terræ Moslemiticorum eorumque regionibus appropinquat, ad Orientem deflectit. Cujus inter littus et Turcarum terram regiones montesque ignoti et devastati jacent, quos P. 4.
nemo habitat nec visitat. Alius idemque maximus sinus *Persicus* [ab Oceano] proficiscitur, qui, quamque inde ab Oceano alluit regionem et locum, ejus recipit nomen 8). Sic 9) primum mare *Sinense*, deinde *Tibetanum* 9), post *Indicum*, tum *Sindicum* et denique *Persicum* appellatur. Qui sinus duobus aliis magnis dat originem, quorum alter, ad euro-aquilonem versus, varia habet nomina, sicut *Mekranensis*, *Kermanensis*, *Khurestanensis*, et *A'bbadanensis;* alter, ad occasum hibernum versus, mare *Zendjitanum*, *Habessinicum*, *Sofâlat-edh-Dhaheb* (Sofaleh aurifera), *Berberense*, *Colsumense*, *Jemanense* et *Sudaniticum* vocatur et usque ad Ægyptum et A'idhâb progreditur.

In toto hoc mari (sinum orientalem intelligo) insulæ cultæ et incultæ, habitatæ et vastæ jacent,

---

7) Verba: ثم يمتد نحو الشام، S. omittit.

8) S. المسمي male om.

9) Post اولا S. add. فيكون .

1) S. تنبت ut fere semper.

p. 5. quas Deus o. m. 2) solus cognoscit. Omnia maria, secundum fines eorum, et, quæ iis insint, insulas, monumenta et memorabilia, quæque suo ordine, Deo o. m. volente, describemus.

Primum mare, quod ad hunc sinum orientalem pertinet, est *Sinense*, *Tibetanum*, *Indicum*, et *Sindicum*, ita nominatum, quia primum in longum præterfluit Sinam, deinde Tibet, Sind et Indiam, et denique australem Jemani partem, ubi ad Bâb el-Mendeb pervenit. Spatium hujus longitudinis, si eam inde ab exitu ex Oceano in oriente usque ad Bâb el-Mendeb in occidente computaveris, 4,500 parass. erit. — A mari quoque 3) Sinensi exit *Sinus viridis* i. e. mare, quod Persiam, Aileh 4), Mekrân, Kermân alluens, usque ad Aileh 5), ubi A'bbadân itemque finis maris est, procedit.
p. 6. Hinc rursus ad austrum flectitur regiones Bahrein et Jemâmeh præteriens, et O'mânum, terram Schadjar et Jemen alluens, cum mari Indico heic tandem conjungitur. Longitudo hujus maris est 440 parass. — Ab eodem mari *Sinus* etiam *Colzumensis* derivatur, qui, ex illo Bâb el-Mendeb, ubi statim finis est maris Indici, incipiens et ad occidentem paullum declinans, ad septemtrionem procedit. Occidentalem Jemani regionem, Tehâ-

---

2) S. pro تعالى habet: عز وجل

3) S. om. ايضا   4) S. vitiose الابلة

mam, Hedjâz usque ad Aileh et Farân alluens, ad urbem Colzum, unde nomen accepit, finem habet. Flectitur inde ad austrum, et orientales Sa'îdi tractus, regnum Haun 5), A'idhâb, insulam Savâken, Zâla' in terris Badjæ usque ad regiones Habessiniæ alluit et in mare Indicum effunditur. Longitudo hujus maris 1400 milliarr. est. Deus est sapientissimus!

Mare secundum seu sinus Oceani occidenta- p. 7
lis, Mothlím vocati, est mare *Occidentis* (Meghrebi) *Syriacum* et *Rûmicum*, quod, a climate quarto incipiens ubi *Mare ez-zucâc* (mare angiportûs i. e. fretum Gaditanum) ideo appellatur, quod latitudo ejus ibi 18 tantum mill. angiportum quasi efficit; illius etiam longitudo a Tarîfa ad Insulam viridem (El-Djezîreh) 18 mill. est. Orientem versus regiones præterfluit Berberorum, septemtrionalem Occidentis remotissimi partem, Occidentem mediam et Africam propriam usque ad flumen Ramel et terram Barcæ et terram Lukija et Marâkijam et Alexandriam; deinde a septemtrione Terram El-Tîh, Falestîn, et reliquum Syriæ littus alluit, donec extrema ejus pars Suvajdijam attingit, ubi etiam ejus est terminus. Revertens versus occidentem cum sinu Constantinopolitano
jungitur usque ad insulas Beljunes et Keschmili p. 8.

---

5) S. جون

et Edrant 6) (Tarentum), ubi ad sinum procedit Benadeki (Venetianum) et fretum 7) Siciliæ, Romam, Socûmeh, Arnuneh 8) transit et montes pervadit 9) Græcorum; deinde orientalem Andalusiam, a parte ejus australi alluens, ad utramque El-Djezîram, unde exierat, jam redit. Longitudo hujus maris est 1166 parass.

Ex hoc mari ad septemtrionem duo exeunt sinus, quorum alter est *sinus Benâdekeh* (Venetianus), qui ab oriente regionem Feludhijæ, quæ ad terras Rûm pertinent, apud urbem Edrant 1) incipit, et in 2) septemtrione, valdè prope littus Senti præterfluit; deinde occidentem occupat, dum littus transeat Benâdekæ et terminantur fines ejus ad Idhkalijjet 3) (Aquilejam). Inde revertens, ad
p. 9. orientem flectitur, regiones Djervasijjeh (Croatiam) et Lamasijjeh (Dalmatiam) præteriens, donec mari Syriaco, unde coeperat, denuo jungatur. Mill. 1100 longum est hoc mare.

Alter sinus, *Nitesch* (Pontus) appellatus, incipit ab ea maris Syriaci parte, ubi ostium Andæ

6) S. انرنت 7) S. bene مبجار
8) S. اربونة
9) S. يجتنار quod sum secutus.
1) S. bene انرنت 2) S. في pro من
3) S. ازكاليه

est, quo in loco latitudo faucium ipsius est quantum ejici potest sagitta. Attingit deinde Constantinopolin, prope quam latitudo ejus est 6 mill. Hoc mare Nitesch ex parte orientali procurrens 4) terram Heracliæ a latere meridionali attingit et ad oras Trabesendæ maritimas, Ischkaleh et Lanijjeh protenditur. Extremitas hujus sinus apud El-Djezireh est, unde ad Mekân revertens terras Russorum 5) et Djordjân alluit, et inde, usque ad ostium sinûs Constantinopolitani angustum pergens et Constantinopolin alluens, tendit ad regiones Macdunijjæ (Macedoniæ) ab oriente, dum ad eum, unde exierat, locum revertat. Inter littus ipsius terramque Turcarum tractus montesque ignoti siti sunt. Maris Nitesch s, Maris Kerem (Crimensis) longitudo, ab angustis faucibus ad eum ubi desinit locum numerata, 1500 mill. efficit. P. 10.

Mare Djordjân et *Deilom* s, *Khozaricum* ab omnibus prædictis maribus plane separatum procedit, et ingrediuntur in illud fluvii multi fontesque continuo manantes. Haucali narrat, hoc mare, cujus fundus explorari nequit, sub terrâ mari Nitesch jungi. A parte occidentali re-

---

4) S. add: من جهة المشرق فيتصل في جهة الجنوب بارض هرقلية quæ in versionem recepi.

5) S. الروسية recte.

gionem habet Adherbidjân 6), a meridionali Tabarestân; a parte vero orientali terræ Ghazijjeh 7) et a septemtrionali terræ Khozr jungitur. Longitudo ejus 1000 mill. et latitudo a latere Djordjân usque ad ostium fluminis Ajleh 8) 650 mill. conficit.

P. 11.

In unoquoque horum, quæ descripsimus, marium insulæ, populi diversi, plantæ 9) variique generis animalia, montes et aliæ res insunt, quas, quantum eas homines cognoverint, nos clare exponemus 1).

Sectio de *Mare tenebroso*, quod idem est ac Oceanus occidentalis.

Nomen suum inde accepit, quod, propter ipsius terrores navigandique difficultatem, nemo umquam hominum id est ingressus, sed littora tantum legit. Nam undæ ejus excelsorum instar montium sunt, tenebræ obscuræ, ventus vehementissimus, belluæ ferociter irruentes. Quæ pone

6) S. اذربيجان 7) S. add: ارض

8) Forsan اتل *Itil* legendum, fluvius in his regionibus nobilissimus. 9) S. نباتات

1) S. add: والله سبحانه وتعالي اعلم i. e. *Deus laudandus et extollendus est sapientissimus!*

illuc jaceant, nemini nisi Deo o. m. sunt nota, nec certa eorum ad homines pervenit cognitio. In littore hujus maris ambra albicans et præstantis- p. 12. sima reperitur, et lapis Baht, cujus eæ sunt virtutes, ut homo eum portans, ab aliis summo ametur ardore et honoretur, spes ejus expleatur, oratio bene excipiatur et hostium agendi ratio per eum nectatur. Lapides etiam alii diversi coloris heic inveniuntur, quos gens illius terræ illarumque regionum emere expetunt et hæreditario jure possident putantes, eorum proprietates esse præcipuas. — In hoc mari insulæ tam cultæ quam vastæ jacent, quas Deus o. m. tantum cognitas habet. Ad septemdecim earum homines pervenerunt.

Ex his sunt *El-khaldetân* (Insulæ fortunatæ i. e. Canariæ), quæ duæ sunt admodum magnæ insulæ, ubi duo simulacra, saxo duro exædificata exstant, quorum unumquodque centum ulnarum altitudinem habet. Imago ærea in utroque posita p. 13. manum pone se extendit, quasi innuat: reverte, nihil enim pone me invenies. Dhu-l-menâr Himjarensis e gente Tobâba'eh illa posuit; hic est Dhu-l-Carnein, non vero is, cujus in El-Corâno mentio habetur.

Insula *La'ûs* notissima statuam etiam solide erectam habet, in quam adscendi nequit. Idem

Dhu-l-Carnein hanc quoque posuit 2). Hein mortuus est et sepultus ædificator. Exstat sepulcrum in templo, marmore crystalloque varii coloris exstructo. In hac insula bestiæ vivunt adeo terribiles, ut aures earum memoriam non ferant.

Insula *Es-Saa'li* (Dæmonum) magna est ibique reperitur genus hominum mulieribus similium, nisi quod dentes habeant caninos longos et prominentes, oculos instar fulguris occæcantis, halitum veluti lignum comburens et sermonem loquantur haud intelligendum. Nulla alia, quam pudendorum 3) discrimen, inter viros et feminas est differentia. Foliis arborum induuntur et belluas maritimas impugnant iisque vescuntur.

Insula *El-Hasarat* (Suspiriorum), terrâ spatiosâ, montem habet excelsum, ad cujus radices ho-
P. 14. mines vivunt fusci coloris, staturæ brevis, barbas ad genua usque promissas habentes et vultus latos grandesque aures 4). Foeno vescuntur. Amnis parvus aquæ dulcis apud eos reperitur.

---

2) Hæc verba add. S.: وبها ايضا صنم وثيق المنا لا يمكن الصعود اليه بناه ايضا ذو القرنين المذكور

3) S. post بالذكر add. الفرج.

4) S. bene انذان

Insula *El-Ur* (Luscorum) longe lateque extensa, pabuli, plantarum 5), arborum fructuumque est feracissima.

Insula *El-Mostaschkin* (Conquerentium), vulgo *Insula Draconis* nominata, magna est, et arborum, fluminum, fructuumque dives. Urbs ampla heic sita est, ubi ingens draco, quem Dhu-l-Carnein occidit, olim saeviit. Qua de re haecce narrantur. Draco ingens aliquando heic apparuit, qui et homines et animalia insulam inhabitantes paene perderet. Populus igitur contra illum ab Alexandro, tunc huic terrae appropinquante, auxilium petiit. Querebantur ei, quod draco iste victum eorum consumeret, opes perderet, viasque infestaret hominibus. Duos magnos tauros unoquoque die 6) ei sistere eos oportere. Deinde draconem, nubi atrae similem, advolare, oculis fulguris modo co- p. 15.
ruscantibus et igne fumoque ex ore ejus erumpentibus 7), duos tauros deglutire et ad latibulum revertere. — Alexander itaque ad insulam profectus, duobus tauris pelles detrahere jussit, quorum ventres pice, sulphure, arsenico 8), calce, nafta et argento vivo 9), quibus adderentur ferreae fuscinae, implebantur. Hos in loco, ubi [draco

[5]) Vox a S. omissa.

[6]) Post لكل S. add. في عليهم recte.

[7]) S. ياخرج [7]) S. وزرنيخا

[8]) S. recte وزيبقا, ut paullo post.

adesse] consueverat, collocavit. Crastino die draco, uti mos ejus erat, ad hos venit, iisque deglutitis, ignis statim in ventre exarsit, visceribus illi hæserunt fuscinæ, et argentum vivum per totum corpus est diffusum. Qua re perculsus 1) ad locum suum revertit. Postero inde die homines eum frustra exspectarunt 2), dum neque adveniebat, nec omnino exibat. Ad eum igitur abeuntes, mortuum jam ore, tamquam ponte latissimo et altiori etiam, aperto conspexerunt. Hinc magno gaudio concepto, Alexandro ob iter ad se susceptum et gratias egerunt et dona miserunt admiranda, quorum fuit bestia singularis, El-Mua'râdj appellata 3), figuram referens leporis, flavum habens colorem inque capite cornu unum nigrum. Leones rapaces et immanes 4) feræ, dum eum conspiciunt, statim aufugiunt.

P.16. Insula *Calhât* magna est ibique gens degit quædam speciem referens humanam, facies autem ejus sunt belluinæ; atque isti in mare sese im-

---

9) S. recte مضطربا   1) S. فانتظره

2) S. om. المعراج et pro sequente المهراج ponit المعراج, quæ lectio sola vera est. Occurrit enim eadem hujus animalis descriptio in *Domairi* حياة الحيوان ms. Bibl. ups. fol. 218 v., ubi المعراج exstat.

3) S. الكاسرة

mergentes, quæcumque possunt animantia educunt maritima iisque vescuntur.

Insula *Duorum fratrum magorum*, quorum alter Scherhân, alter Schebrâm vocatur. Hi in hac insula vias mercatoribus infestabant. Mutatis vero in scopulos, adhuc in mari stantes, insula postea culta mansit.

Insula *Et-Tejur* (Avium) Fertur genus quoddam avium ibi reperiri, rubri coloris, aquilis 5) similium, unguibus aduncis præditarum. — Fructus etiam heic invenitur, ficui persimilis, cujus esus omnia pellit venena. Narrat Haucali, regem quendam Francorum hujus rei nuntium accepisse, ideoque ad illam [insulam] navem misisse, ut fructus ejusmodi sibi afferretur et aves hujus generis caperentur; usum enim sanguinis harum, membrorum 6) et bilis eum perbene scivisise. At navis in mari fracta 7), una cum iis, qui ei inerant, periit 8), nec quisquam ad eum revertit. p. 17.

Insula *Edh-Dhadhil* 9), longitudine dierum quindecim, latitudine vero decem dierum spatium explet. Erant in hac regiones 1) et urbes magnæ

5) S. العقبان 6) S. واعضايها
7) S. انكسر 8) S هلكت و
9) S. الصاصيل 1) S. بها ثلاث مدن

populosæ et excultæ, ad quas mercatores profecti 2) inde oves et lapides diversicolores magni pretii emerunt 3). Verum dissidiis inter illarum regionum incolas exortis, perierunt fere omnes. Pauci tantum reliqui ad terras Rûm commigrarunt 4).

Insula *Lakeh* magna est et arborum aloës tantam possidet copiam, ut ligni loco ibi sit. Heic neque pretium nec odorem prius habent, quam ex hac terrâ sint eductæ; tum vero odorem accipiunt. Hæc insula quondam culta fuit et habitata; jam vero devastata manet 5). Cujus rei caussa erant serpentes magni, quibuscum pugna totam terram occupatam tenebat, unde tandem devastabatur.

Insula *Nurijjeh* 6) arbores et fluvios, nulla autem loca habitata habet.

In hoc mari belluæ vivunt ingentes, variæ fi-
P. 18. guræ et formæ terribilis. Piscis ibi inveniri fertur, cujus caput primum transit instar montis excelsi; post intervallum temporis interjectum, cauda prætervehitur. Spatium caput inter et caudam quatuor menses efficere dicitur.

---

2) S. recte يسبرون

3) S. recte يشترون ; et pro منها scribit منهم

4) S. om. الي 5) S. خرجت بها 6) S. نوزية

Mare *Sinense* ejusque insulæ, quæque in illis memoriâ sunt digna.

Multis nominibus hoc mare est appellatum,
e. c. *Mare Saf*, *Mare Herkend* et *Mare Sacdji*. A
parte orientali cum Oceano est conjunctum. Nul-
lum, si Oceanum exceperis, in terræ superficie
hoc majus invenies mare. Valde fluctuat, maxi-
me jactatur et admodum est profundum. Quem-
admodum Mare Persicum, sic hoc quoque acce-
dit et recedit. Tempestas per pisces mari inna-
tantes 7) die uno ante procellam indicatur 8); quod
si ova apparuerint volucris notæ, quæ in summa
aqua in festucarum congerie ea parit, quies se-
quetur. Illa avis, nil præter vastum mare cogno-
scens, numquam in terram se recipit 9). In hoc
mari piscantur margaritas, quarum uniones pretii
non definiendi præstantissimæ leguntur. Ibi tan- p. 19.
tus insularum est numerus, ut Deus o. m. eum
solus cognoscat; quædam tamen, ad quas homines
venerunt, notæ sunt 1). Insulas duodecies mil-
le 2) cultas et habitatas numerant, ubi multi do-

7) S. يستدل ; et eodem modo paullo post bene legit.

8) S. يطفوا

9) S. recte لا ياوي

1) S. يصل مشهور

2) S. leg. اثنا et post جزيرة add: وثلثماية جزيرة unde numerus fit totus: 12,300.

minantur reges. In quadam insula aurum enascitur, quod, plantarum modo, uno anno augescit, altero decrescit.

Ex hujus maris insulis est insula *Zâdj* 3), plures, in ultimis Sinæ finibus et regionibus Indiæ remotissimis, sitas, excultas proventuque abundantes 4) insulas comprehendens. Nulla loca vasta heic reperiuntur, quare, propter terræ largum proventum et culturam, iter sine aqua et viatico suscipi potest. Fere centum parass. ambitûs est. Narrat Muhammed ben-Zakarja, regem hujus insulæ El-Muharadj 5) appellari, cui die unoquoque tributum 300 auri minarum 6) præstatur, (unaquæque vero mina 600 habet dirhemos) ideoque hoc tempore plus 125,000 mithcâl [s. dinari] colliguntur: eum hinc lateres formare, quos in mare, gazophylacium 7) suum, pro-

---

3) S. recte زرانج

4) Pro حصينة *munitas* S. خصبة habet, quam lectionem, cum sequentibus optime conspirantem, upsaliensi prætuli.

5) S. المرهراج et paullo post جباية

6) Rectius in cod. ups. legitur مَنّ, quam مَن quod, signo ّ et pro ُ et َ ibi usurpato deceptus, scripsi.

7) S. خزانة

jicit. Hanc insulam, sicut refert Ibn-el-Fakih 8), P. 20. habitant homines, qui, quamvis humanam referant speciem, indole feris similes sunt, et sermonem loquuntur incomprehensibilem. Arbores ibi crescunt, quarum ab una ad alteram 9) hi saliunt. Genus quoque felium ferorum heic degit rubrorum, maculis albis adspersorum 1), qui caudas, sicut dorcades, habent. Horum felium aliud etiam genus heic invenitur, alis, quemadmodum vespertilio, præditum. In hac insula boves rubri, maculis adspersi albis, carne acidâ, vivunt, et Zibethi animal, speciem felis et muris moschi habens. In monte, nomine Nezán (?) 2) appellato, ibi sito, serpentes tantæ magnitudinis apparent, ut elephantum deglutire valeant 3); ibidem simiæ 4) bubalorum magnitudine, et grandes arietes habitant. Simiarum aliæ chartæ instar albæ sunt, aliæ dorsum album ventremque nigrum, aliæ autem vice versa, habent; aliæ denique, sicut mures, nigri sunt coloris. Magna psittacorum 5) copia

---

8) S. ابن

9) add. لي شجرة et ante recte طغرون

1) S. منقطة sicut mox denuo recté leget.

2) S. الرصان punctis diacriticis heic etiam omissis.

3) S. bene تبتلع 4) S. قردة

5) Ad verbum: *Babagha quæ idem est ac Durrch;*

heic obvenit, qui rubri, albi, flavi et virides sunt. Hi, quamcumque audiant linguam, eam cum hominibus loquuntur. Creaturæ formâ humanâ præditæ, albæ, nigræ, rubicundæ 6) et virides ibi 7) etiam inveniuntur, quæ edunt, bibunt, et sermo-
P.21. nem loquuntur obscurum. Alas, volatui inservientes, habent. Apud Ibn-es-Sirâfi hæc exstat narratio. Insulam quamdam, inquit, in mari Zândj sitam aliquando visitavi, ubi multas vidi rosas varias, sicut rubras, albas, coeruleas, virides, aliusque diversi coloris. Cantharum aquâ plenum prehendens in eo rosas aliquot cæruleas collocabam. Quum vero in eo essem, ut cantharum auferrem, ignem ibi conspexi, qui, vase illæso, omnes rosas combussit. Populum de hac re percontatus sum, isque mihi respondit, multum illis rosis inesse utilitatis, neminem vero umquam ex hoc horto 8) illas efferre posse. — In hac insula arbor camforæ crescit, quæ tam stupendæ est

---

varia ejusdem animalis nomina. *Domairi* fol. 9. verso hac habet: البَبَّغَا هي هذه الطاير الاخضر المسمي بالدُّرَّة : *Bababgha ea avis viridis*, (lego الاخضر) *quæ Durreh nominatur.*

6) Sec. lect. S. شعر; lect. ups. *pilosæ* est vertenda.

7) Pro منها S. بها recte.

8) S. الغيط

magnitudinis, ut una centum, immo plures homines sub umbra contineat sua. — Vivunt ibidem homines, vulgo *perforatorum* nomine appellati; nasum enim perforatum, et in foramine annulum 9) habent insertum, cui catena est affixa. Quum hostes incolas insulæ impugnaturi invadunt, hi perforatos illos armis instructos 1) adducunt, et, extremitatem catenæ quisque prehendens, eos impediunt, quominus in hostes irruant. Pace hostes inter insulæque populum composita, catenæ illæ non dimittuntur; sin minus circa colla [perforatorum] P. 234. torquentur, et illi in hostes immissi, unum faciunt impetum et quemcunque oculus eorum conspiciat, eum edunt, nec quisquam impetum 2) eorum ferre potest.

Insula *Râmi* 3), longe lateque extensa, soli felicitate, aërisque temperie fruitur. Arces, urbes atque pagos continet. Longitudo ejus est 700 parass. Narrat Ibn 4) - el - Fakih, multa in hac insula conspici mirabilia, in quorum numero sunt homines, pedibus totoque corpore nudi, æque viri ac feminæ. Venter pilis est obsitus, qui pudenda obtegunt. Fructibus vescuntur et a soci-

---

9) حلق legendum conjicio.

1) S. متشلحبين quod forsan *desudati* sit reddendum.

2) S. لحطمتهم 3) S. رامني 4) S. ادبن

etate hominum abalienati viventes, ab iis in paludes confugiunt. Longitudo uniuscujusque eorum quatuor tantum efficit spithamas. Crinis 5) lanugini similis rubri 6) est coloris. Tanta in currendo celeritate gaudent, ut deprehendi non possint. — In littore hujus insulæ alius degit populus, qui naves in mari nando attingit, quamvis hæ cursum teneant celerem; ambram ferro vendunt idque ore portantes ad insulam nantes revertunt. Non constat 7), quem usum ferri faciant. Djihâni 8) re-
P. 25. fert, Rhinocerota in hac insula reperiri, qui formam asini 9) refert, cornuque unicum in capite gestat curvum, unde magna utilitas percipitur. E. c. manubria cultrorum ex eo sibi conficienda reges curant, quæ in mensa apposita, si forte cibus fuerit veneno infectus, madefient et palpitabunt; item balthei hoc cornu exornantur, et baltheus ejusmodi cornu Rhinocerotis decoratus 4000 Mithcâl pretio æquare potest. Eorum plurimi in Sina fabricantur. In collo hujus animalis curvitas, quemadmodum eam camelus habet, aut inferior apparet. — In hac insula bubali sine caudis vivunt; arbores camforæ, bresilli et cannæ indicæ (khaizarân) heic crescunt; radices hujus postremæ contra ser-

---

5) شعورهم. 6) S. om. حمر

7) S. يدري 8) S. vitiose الجيهداني

9) S. post لا habet أن

pentum viperarumque venenum curant. Aromata præstantissima et fodinæ etiam multæ ibi inveniuntur.

Insula *Rokhensis*, ab ave Rokh est denominata. Quæ avis magnitudine ingens, rarissima est, formæque tam stupendæ, ut alæ unius longitudo fere 10,000 orgyias metiatur. Hafetus Ibn 1) - el - Djuzi P.24 (cui Deus sit propitius!) in libro suo *Liber animalium* inscripto, sequentem refert narrationem 2). Homo quidam ex occidente oriundus, nomine A'bd er-rahmân el-Moghrebi, qui ad Sinam proficisci ibique et in ejus insulis diutius commorari consueverat, unde cognomen Sinensis vulgo acceperat, ad eum aliquando pervenit. Multas secum portabat divitias et calamum e penna pulli avis Rokh, nondum in lucem editi, sumtum, decem tamen utres aquarios capientem. Quam rem homines maxime sunt admirati. Res miras ille narravit, e quibus hæc sunt. In mari Sinensi quum aliquando navigaret, a vento ad insulam valde magnam et latam est projectus. Nautæ, ut inde lignum et aquam colligerent, in eam egrediebantur

---

1) S. ابن

2) Domairi in libro citato, fol. 104 verso, sub voc. الرخّ, eadem iisdem fere verbis ac Ibn-el-Vardi commemorat.

tur, secures, funes utresque aquarios secum ferentes. In horum numero ipse fuit narrator. In insula fornicem album, insignis magnitudinis, splendentem et fulgentem ac plus centum ulnas altum conspexerunt, ad quem contendentes, quum ei propius accederent, ovum avis Rokh eum esse viderunt. Securibus, lapidibus et lignis, donec
P. 25. frangeretur, illud adgrediebantur. Fractum vero pullum avis illius ad instar montis excelsi edidit. Pennis 3) alæ arreptis, dum eas ad se trahebant 4), penna ista, quæ nondum plenam suam formam attigerat 5), ex alæ radice est evulsa. Pullo deinde occiso, et carne, quantum valerent, ablata, radicem pennæ ab arundine extremo resecarunt et abierunt. Quidam vero eorum, qui in insulam erant egressi, partem carnis hujus assarunt et ederunt. In his aliquot senes, qui barbas antea habebant albas, postero die eas nigras conspexerunt; nec quisquam edentium postea senuit. Cujus rei caussam lignum habuerunt, quo carnes pulli in olla 6) versaverant; quia illud ex arbore juventutis sumtum credebant. Sole jam oriente

---

3) S. بريش 4) S. recte اجتذبوها

5) Leg خِلْقَةٌ. Domairi l. c.: ولم يكمل بعد خلقة، quæ verba mihi non sunt perspicua.

6) S. قدرة.

veliisque vento datis, ecce Rokh illa sicut ingens nubes advolat, pedibus fragmentum scopuli, domûs majoris ambitu naveque majus tenens, quod, dum navis e regione terræ 7) defertur, in eam sociosque navales demittit. At navis, cellerime currens, saxo prævertit, quod in mare delapsum 8) magnas ibi excitabat turbas, e quibus, Dei decreto sospitati, nos incolumes sumus liberati. P. 26.

Insula *Simiarum* magnitudine, arundinetis simiisque suis est insignis. Regem e gente sua simiæ habent, cui obsequuntur et quem humeris gestant et cervicibus. Ille imperio eas coërcet, quominus sibi inuicem injuriam inferant. Qui navibus huc proficiscuntur, eos morsibus, digitis et conjectis lapidibus 9) a se prohibent. Gens autem duarum insularum Khertân et Mertân, arte illis prævalent et captas pretio vendunt. Populus Jemani eas 1) præcipue expetunt et, quia mente sunt acutissimæ, ad tabernas suas 2) custodiendas quasi servos adhibent.

Insula *Bejnamân* est exculta, magnamque urbem et populum robore atque virtute insignem habet. Si quis apud eos mulierem in conjugem

---

7) Secundum lect. S. حاذي بالحجو

8) S. أوقوعه   9) S. recte الرجم

1) S. recte فيها   2) S. حوانيتهم

petierit, eorum moris est, ut ei eám numquam prius in matrimonium dent, quam abierit ille procus et cum capite abscisso reverterit; quod si unum fuerit, unam dabunt sine dote feminam; duobus vero vel pluribus capitibus ab eo reportatis, duas vel plures feret feminas, et sic fiet ille
P. 27. apud eos honoratus, formidatus et illustris. In hac insula arbor bresilli, canna indica et arundo sacchari copiosissime crescunt; aquam etiam manantem, dulces fluvios et fructus varios habet.

Insula *Vác Vác* plures 3) comprehendit insulas; ubi tanta auri copia adest, ut canum pecudumque catenæ ex eo conficiantur, et magnates lateres etiam aureos fabricandos curent, quos ad arces domosque artificiose et scienter exstruendas adhibeant. In his insulis *El-Bejân* memoranda est, in qua homines vivunt nudis 4) corporibus, colore albo et formâ præstanti, qui in summas se recipiunt arbores, homines venantur iisque vescuntur. Pone hanc insulam duæ aliæ magnæ sitæ sunt, ibique gens degit procera, pulchras facies, nigrum colorem, comam crispam et pedes ulnam longiores habens; mores ejus indomiti sunt et hostiles. — Hæc insularum collectio cum Zândj 5) est con-
P. 28. juncta et illuc astris ducibus proficiscuntur. Insulas septingentas continet cultas, auri ditissimas,

---

3) S. كثيرة 4) S. عراة 5) S. زانج

quibus femina nomine Dembareh dominatur. Ipsa vestem auro intertextam et çalceos induit aureos, nec quisquam in his omnibus insulis aliter calceatus 6) incedere sinitur, cui pedes amputari ea non jubeat. Exercitu suo et servis stipata, elephanto regina vehitur, tympanis, lituis pulchrisque puellis comitantibus. Sedem regiam in insula *Ebnabeh* habet, cujus incolæ in cujuscumque 7) generis artificiis tantam produnt sollertiam, ut tunicas cum manicis suis et zonis integras ex uno panno conficiant, et naves magnas e parvis lignis ac domos e ligno aquæ innatante edificent. Haçtenus Hancali. Isa Ibn el-Mobârek Sirafita hæc narrat: "ad hanc accessi reginam, quam in solio aureo sedentem nudam capite corona aurea ornato conspexi, coram 4000 virginibus eximia pulcritudine famulis adstantibus. Religionem Magorum ea profitetur. Virgines illæ caput nudum ferebant, et in capite unaquæque pectines eburneos P. 29.
conchis ornatos, aliæ duos, aliæ tres, aliæ quatuor et sic porro usque ad viginti habebant. Hæc regina multum accipit tributum, quod pauperibus terræ suæ eleemosynas largitur. Homines conchis veneris heic sese exornant, easque apud se et in thesauris suis recondunt. Arbor ibidem crescit, quæ fructus feminis adeo similes fert, ut formâ, corporibus, oculis, manibus, crinibus et figurâ

---

6) S. نعلا   7) S. om. كلها.

P.

earum referant speciem. Pudenda etiam quemadmodum feminæ faciesque habent. Ex arbore crinibus affixis pendent et e loculis,8) formâ perarum magnarum prodeunt. Sole et aëre adustæ, vâc vâc clamant, donec, crinibus avulsis, moriantur. Hunc clamorem incolæ hujus insulæ intelligunt, et mala inde capiunt omina." In libro *El-Djewâleh* (electio) inscripto exstat: "qui hos transierit, in feminas ex arboribus prodeuntes incidet, quæ, majorem aliis feminis staturam habent, crinibus etiam longioribus, formâ pefectiore, clunibus et pudendis præstantioribus, halituque præditæ
P. 30. sunt suavissimo. Quarum crinibus resectis, ex arbore cadunt et unum aut aliquot tantum dies postea vivunt. Qui vero resecant aut tunc adsunt, cum iis rem habentes, majorem quam ex aliis feminis voluptatem inde se capere contendunt. Terra earum optima est, et maxima ejus pars suavissima bonumque spirans odorem; fluvii aquâ melleâ vel sacchare liquefacto dulciores ibi inveniuntur. Nec homines nec alius generis incolæ nisi elephantes, qui altitudinem undecim ulnarum heic sæpe attingunt, in hac insula reperiuntur. Volucrum magna copia ibi inest. Quæ pone hanc insulam jaceant, Deus o. m. solus cognoscit." — Ex una harum insularum torrens, pici liquidæ similis, exit,

---

8) S. عُلَّف

qui in mare effusus, pisces adeo adurit, ut ii aquæ superficiei innatent.

In insula *Djalûs* 9) homines vivunt silvestres, corpore nudi et hominibus vescentes. Rege et religione omnino carent. Muzam, nucem indicam et arundinem sacchari edunt. Mons in hac insula situs est, cujus humus, quasi sit limatura mollissima, ex argento consistit.

Insula *El-Mandjeh* (Undæ) magnitudine insi- P. 31.
gnis, multos habet reges. Incolæ albo in rufum vergente sunt colore 1), et aures, sicut Sinenses perforant. Equi marini, quibus inequitant, nec non animalia moschi et zibethi ibi inveniuntur. Feminæ hujus regionis omnium præstantissimæ sunt, et naturâ et formâ venustissimæ 2). Uterus earum, sine ulla fissura, annuli refert speciem (?). Comam tantæ habent longitudinis, ut si femina longior sese erigens incesserit, eam humi post se trahet. Natibus 3) maximis, tenuissimo hypocondrio sunt præditæ; facies palam monstrant, et

---

9) S. خالوس

1) Secundum lectionem S. شقر. Lect. ups. *crines albos habent* est vertenda.

2) Lego: احسنهن

3) Lego اعجازا وارقهن

crinibus passis incedunt, nec ulli umquam se velo obtegunt.

Insula *Er-Sehâb* (Nubium) magna est ideoque ita appellatur, quod super eâ nubes oriuntur candidæ, quæ supra naves sese evehunt. Inde cum vento vehementi perlonga et subtilis lingua exit, cujus ad contactum mare sicut olla effervescens æstuat, et turbinis 4) instar furentis agitatur, ita ut, si navem attingat, illam absorbeat. In hac
P. 32. insula sunt colles arenæ, quæ igne admota liquefit et inde fluit aurum purum.

Insula *Helâthi* magna est et una insularum maximarum, et regionibus patentissimarum et plurima loca culta habentium. Ab oriente ad occidentem se in latitudinem extendit. Populus arces domosque habitant, quas e ligno in aqua natante exstruunt. Molæ 5) in aqua heic vento circumaguntur. Odoramenta varii generis præstantiora, muzam 6), cannam indicam saccharique arundinem ea fert. Auri fodinæ, elephanti albi et rhinocerotes ibidem occurrunt. Rex eam gubernat ingentis potentiæ, multos exercitus et milites jumentaque venustissima, tam equos quam elephantos mirandos, habet.

---

4) S. Recte كالزوبعة   5) S. وارحا

6) S. add. والارز *et cedrum*

Insula *El-Comr*, longe lateque extensa, in orientem longitudine porrecta quatuor menses excurrit. Caput regni est urbs *Lán* appellata. Proventu copioso, arboribus, fructibus, fluviis et arundinetis insula abundat, ibique crescit nux indica et arundo sacchari. Vestes ex herbis heic texuntur admirandæ, quibus in orbe terrarum nihil inveniatur simile. Sericea pictaque vestimenta cum iis collata, nullam produnt pulchritudinem. Storeæ etiam striatæ et variegatæ heic conficiuntur, quæ oculos venustate sua permulcent mentemque fere abripiunt. Quare reges eas super strata sternunt sericea. Navigia, unius tantum ligni mole confecta 7), heic quoque firmo artificio (?) fabricantur, quorum uniuscujusque longitudo sexaginta ulnas mensuræ reschasciticæ tenet, et quæque centum milites capere potest. Sofeinât 8) ea appellantur. Mercatores narrant, se ibi mensam, ex uno ligno confectam, formæ rotundæ vidisse, ad quam 150 viri cœnabantur. Rex hujus urbis nullos ad quodcumque ministerium 9) alios adhibet viros, quam molles et lascivos, vestibus indutos pretiosissimis. Hi feminarum modo se exornant P. 33.

---

7) S. post واحدة add. وخشبة واحدة

8) S. السفيات

9) S. add. في ساير الوظايف quæ verba in textu verti.

et [sermone hujus regionis] Elnetababeh vocantur. Viris etiam sicut feminæ nubunt, et postquam diurno tempore regi ministrarunt, ad conjuges suos noctu redeunt, nec umquam inde arcentur.

P.34. Insula *Es-sefâleh* 1) magna est. In ea homines indole deformes et formâ detestabiles vivunt. Qui sint, haud constat. Sunt tamen qui putent, eos esse ex hominibus et geniis progenitos. Quemcumque hominum offendant, eum edunt.

In insula *Et-temseh* genus reperitur hominum, qui caudis præditi caninis, ceterum corpus habent humanum. Rege sui generis gubernantur.

Insula *Aturân*, magnitudinis insignis, simias, asinorum instar, et multos rhinocerotes habet. Navem Alexander huc appulisse fertur et ad aliam insulam, ubi homines, qui, capite leonino excepto, humanam referebant speciem, inveniebantur. Qui, quum ad eos adpropinquaretur, modo inexpicabili 2) oculis conspientium se subduxerunt.

Insula *Feminarum* magna est 3). Nullus usquam
P.35. vir ibi est inventus. Feminæ e vento concipere

---

1) S. السعالة 2) S. يدري
3) S. pro جزيرة habet كبيرة

narrantur, et gravidæ factæ alias sibi similes edere; alii contendunt, arborem in hac insula crescere, cujus fructibus illæ vescentes concipiunt. Aurum heic apparet, cujus venæ radicibus cannæ indicæ sunt persimiles; id vero feminæ haud curant. Fertur 4), virum ad hanc insulam a Deo propulsum, quum ceteræ feminæ eum interficere studerent 5), una, miseratione capta, ligno portasse et in mare projecisse. Ubi postquam undæ eum huc illuc jactitaverant, in regionem Sinæ quandam ejecerunt; cujus insulæ regi quid feminarum aurique vidisset, ille narravit. Rex igitur naves virosque misit, qui, diu in mari insulam quæsituri circumacti 6), nullum tamen ejus vestigium reperiebant.

Insula *Sarendib* (Ceylon) multas comprehendit insulas, ubi plures exstant urbes. Mons ibi jacet, in quem Adamus (cui pax!) descendit; nomen Rahûn accepit, et vestigia Adami impressa servat, quibus super ignis splendens oculos occæcat. Circa hunc montem lapides omnis generis pretiosi et præstantes et in mari adjacente margaritæ eximiæ inveniuntur. Ex his insulis uniones, hyacinthi, lapides Sonbâdhadj appellati 7), adamantes, berylli p. 36.

4) S. ونكروا
5) S. فارادوا
6) S. في البحر يطوفون
7) S. recte والسنبانج

omniaque aromatum genera exportantur. Naves inter arundineta et hortos mensem totum vel duos heic proficisci possunt. Rex his insulis imperans, simulacrum aureum gemmis ornatum possidet, nec cuiquam regum tanta est gemmarum et margaritarum copia, quantam ille habet; nam genera earum quæcunque in ejus regionibus et montibus adsunt, quintaque pars omnium, quæ reperiantur, ei defertur; tributum præterea ex Irâca Persica et Persia exigit. In his insulis domi et sacella alba esse dicuntur, quæ hominibus eminus fulgent; at quo propius accedere homines videntur, eo longius ea recedunt, dum de iis desperent.

P. 37. Inter maris hujus memorabilia hæcce referimus. Dum mare incipit agitari, nigræ ibi apparent hominum species, quæ, quatuor spithamarum longitudine[8]), infantes Aethiopum esse videntur. In naves, nullam iis noxam inferentes, adscendunt. Ventus perniciosissimus, his conspectis, oriri solet, qui nomine Kheb [9]) insignitur. Aves ibi volantes se vidisse alii narrant, quas, quia e lumine sunt procreatæ, nemo umquam intueri potest. Quæ si supra antennas navis altissimas se sustulerint, ven–

---

[8]) S. post طول add. كل

[9]) Hæc vox ad homines etiam istos, verborum contextu haud obstante, referri potest. Aut *commotio maris* aut *deceptor* est vertenda.

tus desinet, unda maris quiescet et malacia prænuntiabitur; avis vero, quum eam quærunt, jam abiit, et, quo aufugerit, nemo cognoscit. — Inter cetera mirabilia avis *Kerschaneh* est numeranda, magnitudine columbam superans. In libro *Donum rerum mirabilium* inscripto legitur, aliam avem *Kerker* nominatam, dum illa volat, semper sub ea ore aperto volare, stercus e Kherschaneh decidens exspectantem, quod in os excipit; idque solum ejus esse alimentum, nec umquam Kerschaneh ventrem exonerare, nisi hic adsit. — *Animal* P. 38. *moschiferum marinum* quotannis tempore certo e mari numero magno exit. Tum capitur et in cæsi 1) umbilico moschus sanguini similis latet omnis generis præstantissima. In ea vero regione, ubi invenitur, nullum spirat odorem; at inde abvecta odorem, quo longius portatur, eo fortiorem ea emittit. — In insulis heic sitis vivit bellua, multis capitibus diversisque faciebus et dentibus curvis prædita, nomine Melkân nota. Duas alas habet et animalibus maris vescitur. Sunt qui ferant, reges illarum regionum pro jumento 2) eam adhibere, eamque ob hanc caussam capi; quam, dum rex equitat, stragulis sericeis tectam et vario modo exornatam, ante turmam ejus equitum ducunt. — Prope insulam Vâc Vâc commemoratam, piscis conspicitur plus

1) S. recte وتذبايح

2) S. pro دواب legit مواكب

500 ulnas longus, quem, pinnis sublatis, montem magnum esse facile credideris. Naves eum valde formidant, quare, illo viso, clamatur, tympanæ feriuntur et sphærulæ naftæ conjiciuntur 3),
P.39. donec ab iis recesserit. — Porro heic occurrunt ingentes *testudines*, ambitû quadraginta ulnarum, latitudine unius. Millia ova unaquæque parit. Dorsa testâ 4) pretiosissimâ tecta sunt, unde populus Jemani lances et scutellas ingentes habet, quas ad cibum apponendum et sese lavandos adhibet. — Piscis *Silân* nominatus in terram se recipiens post duos dies moritur. Si in olla, cujus os tectum est, impositus fuerit, percoctus et esui bene præparatus fiet; aperto autem lebete, inde abibit et modo miro aufugiet 5). — Alius piscis *Elatem* vocatus caput porci, genitalia feminæ et pro squamis pilos 6) habet. Alterum ejus latus ex adipe, alterum ex carne constat, eumque propter carnem optimam cupide edunt. — *Sirtân* magnitudine scuti minoris, motu celerrimo ex aqua emergit; in terram exiens statim in lapidem vertitur. — Serpentes quoque ingentes heic apparent

3) Conjiciendo وطرح locum, quamquam dubitanter, verti.

4) S. recte الذبل

5) وتختبي legendum puto, quod forsan sensum receptum admittat. Postea S. leg. تذهب

6) S. شعور

e mari egredientes, qui maximos et altis- P.40.
simos deglutiunt elephantos, et, in quacumque arbore aut scopulo complicati, eos in ventre suo conterunt, unde fragor e longinquo auditur. — Piscis etiam *Hobeir* heic reperitur, cujus inter caput et caudam figura clypei conspicitur. Multis oculis, quibus videt, est præditus. Ceterum corpus, sicut serpentis, longe extenditur fere ad triginta ulnas. Pedes numerosos possidet et inde a pectore usque ad caudam ultimam dentibus, quasi serra, est consitus, quorum quisque spithamam longus, duritiem ferri aciemque chalybis habet 7). Omnes, quas attingit, naves dispergit. Nullam, nisi eam in duas secet partes, rem ferit, nec in ullum irruit, nisi eum perdat. Nomen *Kirsch* etiam fert. — Vortices aquæ in hoc mari denique sunt memorandi, e quibus, si quis in eos inciderit, nulla erit liberatio. Mercatorum quidam hanc de iis dedit narrationem. "In hoc mari aliquando navigavimus et magnus mercatorum numerus P.41.
comites fuerunt itineris. Ventus vehemens nos repente est adortus, qui navem a rectâ via devertit. Gubernator noster, quamvis senex esset cæcus, tamen arte gubernandi peritissimus, multos secum in nave tulit funes. Quam rem nautæ haud ferentes, ei dixerunt: "si funium istorum locum vectores occuparent, mercedem eorum sane

7) S. bene الفولان

perspicua est. Duo sinus ex mari Indico 7) derivantur, quorum alter major est mare Persicum, alter mare Colzumense. [Ipsum mare Indicum] a parte maris Persici septemtrionali et a parte maris Zendjici meridionali incipit. Ibn El-Fakih dicit, mare Indicum Persico esse contrarium. Tanta insularum multitudo in hoc mari occurrit, ut eas
P.44. plus 20 000 esse contendant. Populi eas habitant, quos Deus o. m. solus cognoscit. Ad minimam harum partem homines accesserunt.

Inter insulas hujus maris est *Kuleh*, quæ, magnitudine insignis, arbores, flumina et fructus possidet. Rex Beni Djabeh (stirpis Djabeh) originis Indicæ eam habitat. Fuerunt ibi fodinæ etiam stanni et camforæ arbores, quæ, speciem salicis referentes 8), plus centum viros sub umbra contineant sua. Canna indica heic quoque crescit. Tot ac tantas hæc insula complectitur res mirandas, ut earum narrator in crimen mendacii facile incidat.

Djabeh, magna insula, muzam, nuces indicas, cedrum, arundinem sacchari optimi generis et aloëm gignit. Gens eam incolit, cujus facies

---

7) S. add. الهندي

8) الصفصاف legendum puto. Verba يشبه الصفصات S. omittit.

rubri sunt coloris, pectus vero et corpus reliquum, sicut alii homines, habent. Mons excelsus heic conspicitur, qui ignem magnum, quindecim parasangarum spatio conspicuum, noctu ostendit, die autem fumum emittit. Si quis quinque parasangis propius ad eum accesserit, certo peribit. — Rex hujus civitatis, Djabeh appellatus, vestem et p. 45.
coronam 9) auream induit. Dirhemos et dinaros imagine et figura sua ornatos excudit. Idola colit. Inter precandum cantatur, manus complodantur et puellæ formosissimæ conveniunt. Hæ variis motibus corporis et jactationibus coram precantibus ludunt. In templo, ubi idolum exstat, pulchræ puellæ, saltatrices et motibus corporis artificiosis peritæ, multæ vivunt. Nam unaquæque femina, cui filiam venustam parere obtigit, eam 1), ætatem maturam adeptam, vestibus ornat splendidissimis, et, gente propinquisque tam feminis quam viris comitantibus, ad templum deducit idolo sacrificium offerens. Deinde [templi] ministerio traditam, eam illud 2) hominibus arte

9) S. add. مكلال بالدُرّ والياقوت والجواهر النفيسة *unionibus, hyacinthis et margaritis ornatam pretiosissimis.*

1) S. om. امها

2) S. male om. وتسلمها الخدمة itemque paullo post والغنا

saltandi, canendi et corpus artificiose movendi peritis reddit, ut eam hæc omnia doceant. — Huic regi tres sunt insulæ: Hezledj, Selâhet et Mâit.

P.46. In Insula *Hezledj* abyssus vastus, fere viginti milliariorum ambitu, reperitur fundo inexplorabili, ubi nemo umquam firmam invenit mansionem. Inter mundi miracula ille habetur.

Ex insula *Selâhet* sandalum, andropogon nardus (sembel) et camphora exportantur. Narrant viatores, populum insulas, ubi camphora crescit, incolentem hominibus vesci et crania eorum, camphorâ et aromate imbuta, in domibus suis suspendere. Quum rem quandam aut negotium aggredi volunt, prius, hæc crania adorantes, ab iis de consilio et proposito suo quærunt, et responsa, sive sit malum sive bonum quæsitum, accipiunt. — In hac insula e fonte quodam aqua scaturit et deinde in cavernam terræ descendit, unde ros existit, qui, rem aliquam in terra attingens, eam in lapidem mutabit nigrum, si nocte acciderit, die autem la-
P.47. pis fiet albus. In postrema hujus insulæ parte alius occurrit abyssus 3), prius memorato (?) 4) similis, ambitû fere milliarii, ubi ardet ignis, qui

---

3) S. خسفة bene.

4) Forsan nomen proprium hæc vox insolita notat et vertatur *sicut Rojkârijek* vel *Rojkârijjensis*.

fere centum ulnas in altitudinem adscendit et noctu dieque fumat.

Insula *Bortâil* 5), prope insulas Zandjiticas 6) sita, a populis habitatur, qui facies [planas] tamquam clypeos et crines, pilis caudæ equinæ similes, habent. Heic caryophyllum abunde crescit et rhinocerotes vivunt. Mercatores huc advenientes merces suas, in acervos distributas, in littore collocant et ad naves redeunt. Postero die ad merces revertunt, et apud quamque earum caryophylli aliquid inveniunt, quod si 7) possessori satisfecerit, id auferens abit; sin minus et caryophyllum et mercem relinquit et postero die denuo revertit et plus adjectum inveniens id, si placuerit, accipit; alias eodem modo agit, dum ei sit satis factum. Refert quidam mercator, se, in hanc insulam clam degressum, ibi homines vidisse faciebus præditos minoribus, Turcarum similibus, auribus perforatis et crinibus femineis. Postquam eos erat intuitus, statim e conspectu ejus aufugerunt. Mercatores deinde ad insulam cum mercibus suis diu commeantes, nihil caryophylli acceperunt. Cujus rei caussam istum virum esse intellexerunt, qui homines conspexerat. Postea vero 8) ad eundem, P. 48.

5) S. برطايبل 6) S. الزانج

7) S. melius فان

8) S. add. سنين

quem antea tenuerat mercium cum caryophyllo permutatio, statum rediit. — Est ea caryophylli virtus, ut, si quis id recens comederit, neque senescat nec senio deficiat, quamvis centum annorum attingat ætatem. — Pro vestibus hæc gens foliis utuntur arboris, nomine Lûf (serpentaria) notæ, cujus fructu et piscibus et nuce indica vescuntur. In hac insula montes jacent, ubi soni tympaonrum, crembalorum et tibiarum animum moventes, et voces inquietantes aliaque hujus generis mira per totam noctem audiuntur. Alii contendunt, Antichristum ibi habitare, alii 9) autem sedem ejus alii loco adsignant, quam rem, Deo volente! postea memorabimus.

p. 49. Insula *El-Kezr* (Palatii), nomen a palatio accepit, quod, magnitudine et altitudine insigne, albicante colore, e chrystallo pellucido exstructum, nautis e longinquo apparet. Hoc quum coram spectant, salute sua lætantur. Homines Zendjitici narrant, id esse arcem albam et excelsam, cujus interiora plane ignota sunt. Rex quidam ad hanc insulam pervenisse fertur, qui una cum exercitu arcem illam visitabat. At torpor artus 1) eorum invasit somnolentiaque eos occupavit. Alii, ad naves festinantes, salvi evaserunt, alii cunctan-

9) S. قبل posterius add. انه

1) خدران eandem ac خدم vim habere censeo.

tes perierunt. Dicunt, comites Dhu-l-Carneini in quadam insula populum vidisse, capita habentem canina, et dentes, ex ore exsertos, quasi silices, rubros. Hi in naves irruunt et eas impugnant. In insula eadem iidem ignem diffusum conspexerunt, qui vero illa arx alba chrystallina erat. Ad quam quum Dhu-l-Carnein accedere cuperet, a Behrâm philosopho indico detinebatur dicente: "O Rex temporis, ne istud facias. Quicumque enim ad arcem illam pervenerit, eum torpor artuum, somnolentia et lassitudo occupabunt, quare, facultate corporis movendi carens, exire non valebit et certo peribit." Behrâm ille etiam memorat, in hac insula arborem reperiri, cujus fructus torporem istum et somnolentiam depellit. Pinnæ arces illius quemadmodum lucernæ noctu continue lucent; exstinguuntur autem die ingruente. p.50.

De Insula *El-Urd* (Rosarum) Cadi A'jâdh (cui Deus sit propitius!) in *Libro medicinæ de definiendis Electi* (Muhammedis), (*cui Deus benedicat salutemque reddat!*) *proprietatibus* narrat rosas rubras ibi inesse, in quibus, Dei potentiâ albo colore inscripta, hæc leguntur: Non est Deus nisi Deus unicus, Muhammedes est propheta Ejus.

Tres Insulæ. Auctor libri *Donum mirabilium* inscripti, tres esse insulas, inquit, sibi invicem contiguas, in quibus ea est ventorum, fulminum et imbrium rabies, ut, per totam noctem, nullo

æstatis hiemisque discrimine, in una tonet, in altera ventus sæviat, et in tertia semper pluat.

P.51. Insula alia in hoc mari sita ab hominibus habitatur, qui capitibus belluinis corpus conjungunt humanum. In mare se immergentes, inde, quas domare possunt, belluas extrahunt iisque vescuntur.

Insula *Sejdûni præstigiatoris*, a rege præstigiatore ita appellato denominata, mensis unius iter longa et lata, res miras possidet multas, in quibus est palatium magnum, columnis marmoreis colloratis erectum, cujus atrium auro, magnis ornato margaritis, est inductum. Insulæ toti id imminet 2). Rex ille Sejdûn magus erat sollers, cui genii obedientes opera mira et admirabilia peragebant. At genius quidam Soleimano filio Davidis, prophetæ Dei (cui pax!), eum prodidit, et ille hunc, bello illato, occidit et ejus terram devastavit. Populum etiam trucidavit, et multos captivos abduxit.

P.52. Quod jam ad hujus maris res admirandas attinet, eæ multæ sunt. In his piscis, qui e mari hocce emergens, ad insulam Selâhet abit, ibique arbores adscendens, fructus exsugit earum et, deinde quasi ebrius ad terram delapsus, ab hominibus ca-

---

2) S. تشرق *lucet.*

pitur. — Piscis etiam viridis heic obvenit, cujus caput serpentis refert speciem. Si quis carnem ejus comederit, aliquot dies neque esuriet nec sitiet, nec cibum desiderabit ullum 3). — Piscis rotundus, *Kermâhi* vocatus, columnas apice acutas in dorso erectas habet. Omnem in mari ei obvium piscem his columnis ferit et trucidat. — Piscis *Elbâush* appellatus, centum ulnas longus et viginti latus, dorsum lapidibus concheis glaciei albae similibus consitum habet. Cui si navis 4) occurret, eam franget. Caro ejus in olla aënata liquescit 5), dum tota oleum fiat. Gens harum regionum ad naves oblinendas hoc pro oleo utuntur. — Piscis *El-O'mdeh* duas habet alas, quas in terra explicat et expandit et, in navem irruens, eam in mare statim invertit. Quare eum conspicientes, tympana, crembala et dhahûl 6) feriunt et, donec aufugiat, clamores edunt 7). P. 53.

---

3) S. Totam hanc periodum S. omittit.

4) S. والسفينة المركب

5) S. recte يذوب et statim يصير

6) ذهول S. scribit; instrumentum quoddam pulsandum forsan significet.

7) S. add. والله تع اعلم

Sectio de *Mari Persico* et, quæ ei insunt, insulis et admiratione dignis.

Hoc mare, *viride* etiam vocatum, sinus est maris Indici majoris, variis a Deo ita cumulatum donis, ut pax ibi perpetua regnet, itineribus id sit commodum, et, si cum aliis comparetur maribus, parum agitetur. "Propriam, inquit Abu A'bd-Allâh Sinensis, Deus huic mari tribuit bonorum copiam et affluentiam, divitias constantes, res miras elegantes et raras, sicut loca 8), ubi margaritæ urinantur admodum magnæ, et subinde unio ibi reperitur, cui similis non inveniatur. In insulis, heic sitis, fodinæ 9) sunt hyacinthorum varii generis, aliorumque lapidum diversi coloris pre-
P.54. tiosorum, auri etiam, argenti, ferri, æris, plumbi, lapidis senbâdhadj 1) et carneolæ; præterea diversa ibi occurrunt aromatum genera.

Ex insulis ejus est insula *Kikâus* et *Kendjalius*, quæ, magnitudine insignis, ab hominibus habitatur numerosis, colore albis, corporibus tam virorum quam feminarum nudis; interdum vero feminæ foliis arborum sese tegunt. Hi pisce recenti, muza et nuce indica vescuntur. Ferrum summi faciunt, idque, eodem modo ac alii aurum et ar-

---

8) S. مغاطس   9) S. vocem omittit.

1) S. Iterum scribit والسنباذج

gentum, usurpant. Auro sese exornant 2). Mercatores ad eos accedunt, et ferro ambram ab iis emunt.

In hoc mari insula *El-Câmis* (Se demergens) vocata reperiri fertur, quæ sex menses una cum populo suo, montibus, tractibus et domibus evanescit, sex vero alios menses apparet. Quidam peregrinator refert, "mare aliquando fuisse commotum, eosque prospicientes vidisse senem, capite et barbâ album, vestibus indutum viridibus, qui medio in mari progrediebatur, et eos sic alloquebatur 3): "Laudetur ille, qui res regit omnes, fata decernit, quæ in pectoribus lateant, cognoscit, et mare æstuans frænat. Iter dirigite 4) inter septemtrionem et orientem, donec montes e regione sitas attingatis; ita medium hunc tenete cursum; sic demum, Deo o. m. volente, salvi evadetis ex interitu." Præcepta ejus sequentes liberati sunt, eumque El-Khidher (Eliam) esse firmiter crediderunt. P. 55.

---

2) S. Ut sensus congruus cum proximis fiat, forsan hæc priodus rectius sic est reddenda: *Aurum haud curant;* quamvis verba scripta id difficulter admittent.

3) Aut قال aut قايل est legendum.

4) S. excludit ولو; postea habet تنتهوا et تنجوا, quas lectiones in vertendo sum secutus.

Deinde ad insulam venerunt, quam incolebant homines, faciebus longis præditi, in manibus virgas aureas, quibus innitebantur et pugnabant, tenentes. Cibus eorum erat amygdalum et castanea. Mensem apud eos commorati sunt, dum ventus oriretur secundus. Magnam virgarum istarum copiam, nemine prohibente, auferentes, profecti sunt, eamque, quam monstraverat El-Khidher (cui pax!), viam tenentes, e periculis, voluntate Dei venerandi et extollendi, effugerunt.

Insula *Atubrân* terræ proventu, arboribus, fructibus, fontibus et fluviis abundat. Gens ibi degit, quæ corpus hominum, caput vero leonum et canum habet. In hac insula flumen perquam album fluit, cujus in ripa arbor ingens crescit, 500
P. 56. viros sub umbra sua comprehendens. Quicumque ejus fructus optimus est 5) et, variis distinctus coloribus, saporem prodit incomparabilem, dulciorem melle 6) et saccharo; lenior sensui quam cremor est et acriorem moscho emittit odorem. Folia arboris sicut vestis sericea auro intexta splendent. Ipsa solis incessum ita sequitur, ut eo oriente se efferat et elata usque ad solis in occasum

---

5) من suspectum habui.

6) S. ante العسل ponit الشهد i. e. *favus mellis* et excludit والسكر

declinationem maneat; deinde ad occasum delabatur et sole tandem occidente plane evanescat. Comites Dhu-l-Carneini ad hanc insulam venisse narrantur, qui, arbore illa conspecta, inde magnam fructuum foliorumque copiam, ad Dhu-l-Carneinum ablaturi, collegerunt. At dorsa eorum scuticis gravissime cædebantur, et quamvis verbera bene sentirent, tamen neque viderunt verberantem nec cognoverunt. Clamor etiam auditus est: "reddite, quæ ab arbore ista abstulistis, neque ulterius ad eam accedite." Ablata igitur reddiderunt et navibus conscensis inde abierunt.

Insula *El-U'bád* (Servorum Dei) magna est. Eam quoque Dhu-l-Carnein visitavit, ibique populum invenit, quem religiosa abstinentia adeo macie confecerat, ut carbonum atrorum speciem referrent (?). Postquam se invicem salutaverant, ab iis ille interrogavit, quemnam victum hic locus iis produceret. "Piscibus et plantis variis Deus o. m. nos sustentat, responderunt, et aquam illam dulcem bibimus." Num vobis placuerit, inquit, me vos ad aliam commodiorem proventuque abundantiorem, quam qua jam utamini, vitam transferre. "Quorsum istud, dixerunt, nobis prodesset, siquidem apud nos in nostra insula ea inveniuntur, quæ, quamvis totus orbis terrarum huc conveniret, ei satisfacerent." Eum deinde, quæ ista essent, quærentem, ad vallem deduxerunt, quæ, immensâ P. 57.

longitudine et latitudine, unionum lapidumque variorum sicut hyacinthi, carbunculi tam flavi quam cærulei, smaragdi, rubini et aliorum, nondum in mundo inventorum, atque margaritarum incomparabilium fulgore quasi ardere videbatur. Ibi res vidit, quæ intellectum superant 7) et descriptionem; et si universi homines ad singula enarranda convenirent, vires tamen eorum deficerent. Hæc omnia stupefactus admirans, "non est Deus, exclamat, nisi Deus unicus! Laus sit ei, cui regnum magnum est et qui plura, quam quæ ho-
P. 58 mines sciant, creavit!" Tum eum a 8) margine hujus vallis duxerunt, donec in campum terræ amplum venirent, cujus ambitum oculi capere non poterant, ubi diversa 9) erant lapidum, fructuum et florum genera, variæ aves, flumina murmurantia, umbra et tenebræ, auræ fragrantes, amoena loca, horti, paradisi et arundineta. Quum hæc videret Dhu-l-Carnein, Deum o. m. et potentem laudans, eas, quas vallis tenebat, gemmas minoris habuit comparatas cum hoc hilari et florido adspectu. Ei admiranti dixerunt: "num in universis orbis terrarum regnis 1) simile aliquid vi-

---

7) S. تتخيله

8) Pro الي S. habet من

9) In textu أصناف legendum.

1) Post بعض alterum بعض sicut in S. est legendum.

disti?" Non per Deum justúm, arcani et secreti mei conscium, respondit. "Quamvis hæc omnia, dixerunt, in nostra essent potestate, ad ea tamen animum cupidum numquam vertimus 2). Nam Dominus creaturarum ea nobis tribuit, quibus ad Ejus cultum simus corroborati. Quicumque enim propter Deum res relinquat mundanas, ab Eo bonum pro iis accipiet. Discedas igitur a nobis 3), nosque in statu, quem jam tenemus, relinquas. Deus nos et te in viam rectam ducat." Tum bene ei comprecantes addiderunt: "hæc vallis tua est, et quæ tibi placeant, inde auferas." Ille vero negavit, quominus aliquid caperet.

Insula *El-Hukmâ* (Sapientium) magna est. Alexander ad eam venit ibique homines vidit foliis arborum tectos, et speluncas scopulorum et saxorum pro domibus habentes, quos de rebus ad sapientiam spectantibus interrogabat et responsa ferebat ab iis pulcherrima et dicta suavissima. P. 59.
"Quæ vobis necessaria sint 4), inquit, a me petite, et rata fient." A te igitur paradisum, dixerunt, in terra petimus. "Ubi vero 5) iste mihi est? respondit; et quomodo is, qui spiritum nullum

---

2) Lego نطنف

3) S. recte فسِر عنّا

4) S. recte حوايجكم   5) S. واذي

sibi addere valet, vos paradiso donare possit?" Deinde dux eorum dixit: a te sanitatem corporum, quamdiu vivamus 6), expetimus. "Neque istud efficere possum," respondit Alexander. Tum, quantum vitae nobis restet, indices, dixerunt. "Meae ipsius vitae durationem, inquit, haud cognoscens, quomodo vestram scirem?" Haec igitur ab eo quaeramus, responderunt, qui ea efficere valet majorque homine 7) est. Quum homines copias Alexandri numerosas magnamque equitum turmam contemplarentur, adstabat etiam senex pauper, qui caput non attollebat. Alexandro ab eo quaerenti, quare ea despiceret, quae omnium
p. 60. oculos in se converterant, respondit: "rex, qui ante te fuit, nullam mihi sui injecit admirationem, quae ad te tuamque potentiam spectandam me incitaret." Et quamnam, ille interrogavit, afferas rationem? "Duo apud nos, senex inquit, erant viri, alter rex, alter pauper, qui ambo uno die de vita decedebant. Tempore interjecto ad eos 8) abii et summo nisu studui, ut regem a paupere secernerem; at frustra." Alexander jam iis relictis inde discessit.

Inter hujus maris res mirandas avem, ob suam erga parentes pietatem nobilem, memorat auctor *Libri rerum mirabilium*. Parentes enim, quum

---

6) S. يغنينا 7) S. اناس

8) عليهما legendum.

vires senectute deficiant, quominus se ipsi curent, duo pulli prehendunt, et dorsis portantes ad locum tutum eos ferunt, ubi nidum tectumque ædificant et victum potumque iis, dum moriantur, præbent. Quodsi hi pulli decesserint, statim duo alii hocce officium eodem modo et ad idem tempus ac priores administrabunt 9). Ea est eorum consuetudo. — Piscis *Ed-Defin* appellatus heic occurrit, P. 61. capite quadrato et ore infundibulo simili, quod, dum edit, non aperire dicitur. Si quis elephantiâ correptus carnem ejus assatam comederit, morbo liberabitur. — Alius piscis heic invenitur, qui caput humanum, corpus sicut piscis habet. In maris superficie mensem apparet, deinde mensem latet. — Piscis quidam aquæ heic innatat, qui, alio pisce vel belluâ aliquâ marinâ conspectâ, os suum, ut ibi intrent et sic alimentum sibi fiant, statim aperit. — Ex aqua in terram animal quoddam pasturum exit, e cujus ore et naribus ignis, plantas omnes circumcirca comburens, emittitur. Quare homines, si terram combustam conspiciant, animal ibi pavisse intelligunt. — *Piscis volans* e mari in terram noctu volat, ibique ad solem orientem herbas continue depascit, tum in mare volans revertit. — In hoc mari locus periculosus *Ed-Derdûr* (vortices) appellatus reperitur, ubi, si naves inciderint, circumagentur,

9) S. recte فعلا

P. 62. nec umquam inde salvæ evadent. Tales vortices 1) in tribus occurrunt maribus, in hocce persico, sinensi et indico. Deus est sapientissimus!

Sectio de *Mari O'manensi*, insulis ejus et mirabilibus.

Sinus est maris Persici, a dextra O'mâni parte incipiens, rebus mirandis et raris plenus. Margaritas heic piscantur et sæpe uniones pretiosissimæ educuntur. Multæ ibi insunt insulæ cultæ et habitatæ. In his insula *Khârek*, magna, exculta et frequenter habitata, ubi margaritas piscantur.

Insula *Khâsek*, insulæ Kîs adjacens, cujus incolæ tantâ belli experientiâ sunt insignes, ut 2), in mari diutius natantes, æque ac alii in terra, cum gladio pugnent. — Mira hæc est narratio 3). Rex
P. 63. Indiæ quidam ad alium regem puellas misit indicas. Quum naves et puellæ hanc insulam præterveherentur, hæ sanitatis caussa, ut ibi se recrearent, in eam egrediebantur. Genii vero eas abreptas 4) sibi conjunxerunt, unde hæc gens nata est.

---

1) Ante فى ponendum est والمرور

2) S. om. منهم, post يسبح ponit في الما et deinde في البحر excludit.

3) Ante عجيبة S. recte adjicit حكاية

4) S. recte فاختطفهن

Insula *Selli* magnitudine insignis ab hominibus incolitur, quorum sermo et clamor e longinquo audiuntur. Si quis ad eos veniat, cum iis mutuo 5) colloquitur, neque vero eos præsentes videt. Geniorum esse progenies dicuntur et Muhammedani. Quicumque ad eos accesserit peregrinus, victum trium dierum ei apponunt; ad suos revertere cupienti navem parant et ad locum exoptatum eum deferunt.

In insula quadam [heic sita] arbor crescit, fructus ferens amygdalo, sive figuram sive magnitudinem respexeris, similes, qui una cum cortice eduntur et, favo mellis dulciores, pro omni medicamento usurpari possunt. Viri et feminæ eos edentes pulchritudine et juventute augentur 6), nec senio umquam deficiunt nec crines eorum canescunt. Si quis grandævus, cujus vires languerint P. 64.
comaque albuerit, hos fructus comederit, vires juventutis et pulchritudinem statim accipiet et crines ejus nigrescent. Regem quendam hanc arborem in terra sua sevisse, narratur, eamque fronduisse quidem, fructum vero non tulisse.

Insula *Ed-dahlân* i. e. Satanæ, qui, speciem referens hominis, avi, struthiocamelo simili, ine-

5) S. recte ويخاطبونه

6) S. يتزاب

quitat et carnem edit humanam. Qui e navibus in illam insulam descendant, eos arripit et in locum, unde nulla erit fuga, tollit; deinde alium post alium vorat. Navis aliquando ventis ad hanc insulam depulsa est, cujus nautæ, quia de illo Satana jam audiverant, eum advenientem fortiter et egregie impugnarunt. Quod quum videret, tantâ vehementiâ clamorem edidit, ut ii attoniti in terram conciderent. Quo facto eos per facies in locum suum suetum traxit. In his erat vir pius,
P. 65. qui precatione sua Satanæ mortem attulit. Ad sedem deinde ejus revertit ut, quæ, ibi erant, hominum opes et supellectilia, quæreret.

Insula *Es-Sarîf* (Remota) nautis eminus apparet, quare eam petunt. Quotiescumque autem ei appropinquant, longius ab iis ea recedit et, sæpius multos dies sic in quærendo pergentes, numquam tamen ad eam perveniunt. Fama fert, eum, qui huc advenerit, belluas et species quasdam videre.

Insula *El-Endeh* ob idolum e marmore viridi confectum celebratur. Hujus enim lacrymæ dies noctesque continue manant ventusque, in corpus ejus penetrans, sibilum efficit mirandum. Peregrinatores narrant, idolum populum deflere, quem, cultui ejus sicut Dei addictum, rex quidam adortus plane interemit. Quum vero idolum omni ope destruere niteretur, id nullo modo facere potuit,

nec instrumentum ullum in id valuit. Quisque enim P. 66. cæli ictus, in ferientem resiliens, eum occidit. Re igitur omissa abierunt.

Insula *Serendîbeh* magna est et habitata, arboribus, fluviis atque fructibus plena. Tantam auri copiam incolæ possident, ut haud sit definienda. Utensilia, vasa, ollas, serias vini, et hastas aureas habent. Rex eorum, quicumque in eos invaserit vel aliquid auferre voluerit, eum arcebit.

Res mirandas hoc mare continet multas. Ambra pura in fundo maris, sicut gossipium in terra, heic crescit. Mare æstuans eam evomit. Piscis magnus 7), dum moriatur, eam deglutit, et tertio inde die in aquæ summa exsistit; nautæ ad terram harpagonibus eum trahentes, e ventre ambram promunt. — *Melkân* piscis decimo tertio die mensis Kanûn secundi superficei maris innatat; quod venti, mare usque ad Sinum Persicum commoventis 8), indicat initium. P. 67. Uno die post piscem conspectum ira fluctuum crescit, color ponti fit turbidus et tenebræ spissiores. — Piscis *Elemsekûr*

---

7) الجرم, *corpus* significat; forsan nomen piscis indicatur, quamvis in *Domairi* eum frustra quæsiverim.

8) S. اضطراب

nominatus tempore quodam certo apparet et, duos subsistens menses, dein abit nec prius, quam eo ipso anni sequentis die revertit 9). *El-Djirâf* piscis etiam est, qui eodem tempore venit et recedit. Animal quoque heic occurrit nomine *Tenfs* (Carcharias?) notum, Xiphia (pisce ensifero) ipso sævius. Longitudinem palmæ proceræ habens, oculos rubros, invisum adspectum et dentes sicut lanceæ cuspides, omnia, ne Xiphia quidem excepto, animantia vincit. — Piscis viridis, ulnâ longior, proboscidem magnam, serræ similem fert, qua hostes suos ferit et prosternit 1). — In hoc
p. 68. mari vortices reperiuntur minores. Miram 2) hanc narrationem Cazvini refert. "Vir quidam Isfahanensis, multo ære alieno oppressus, urbe illa relicta, cum mercatoribus recedens hoc mare permeavit. Undæ eos, dum in vortices inciderent maris Persici, truserunt. Tum gubernatorem mercatores sic allocuti sunt: "num via salutis aliqua tibi est nota? Eam omni studio sequemur." Si cui vestrum, ille respondit, vitam devovere placebit, sane liberabimur. Jam vir isfahanensis secum cogitavit: "omnes in eodem periculi statu nunc versamur. Mihi vero vita fastidio est ejusque me tædet." Isfahanensibus, quorum in nave magnus erat numerus, deinde dixit: "si vos mihi jurabi-

---

9) Post يعون sine dubio legendum الا

1) فينقذه lego. 2) S, om. غريبة

tis, æs meum alienum solvere atque sponsores liberare, animâ meâ vos redimam, vitamque meam vestræ posthabebo. Domesticis vero meis, quantum fieri possit, benefaciatis." His omnibus et pluribus etiam, quam quæ erat stipulatus, juramento interposito affirmatis, ad gubernatorem versus, "quid mihi, inquit, faciendum præcipis? Animam Deo jam commendavi, ut vestram, volente Deo t. P. 69.
o. m., quæram e periculo liberationem et salutem" 3). Tibi impero, dixit gubernator, ut in littore maris hoc tympanum pulsans tres dies continue stes, nec unquam a pulsando cesses. "Deo o. m. volente, ille respondit 4), ista faciam, siquidem cibi et aquæ quantum sufficiat mihi præbeatis." Ipse Isfahanensis narrationem jam continuat. "Mecum igitur, tympanum, aquam cibumque accipiente, ad insulam sunt profecti, cujus in littus me demiserunt. Heic tympanum pulsare coepi, quo factum est, ut aqua statim commoveretur atque navis curreret. Donec ea e conspectu abiret, oculos in eos tenui. Deinde insulam peragrare institui, ibique magnam conspexi arborem, in qua erat quasi tectum domûs. Quod quum propius intuerer, avem 5) vidi in id delapsam formâ 6) ingentem, et

---

3) S. om. وسلامتكم

4) Heic jam auctor Isfahanensem sua fata ipsum narrare facit.

5) S. طاير

6) S. في الخلقة

horrore captus me abscondidi. Diluculo vero in-
P. 70. gruente illa alis quassatis avolavit; nocte denuo revertens ad eum, quem heri occupaverat, locum se recepit. Mihi nunc ad eam appropinquanti, neque malum illatura obviam venit, nec me omnino curavit; sed tempore auroræ iterum avolavit. Tertia denique nocte, quum avis 7), ut consueverat, jam revertisset, locumque occupasset suum, ad eam tam prope accessi, ut sine ullo metu, terrore 8) vel horrore juxta considerem, dum alas 9) quateret, et, pede uno duobus manibus a me arrepto, donec illucesceret, mecum volaret. Ad ea quæ subter me erat oculos conjiciens, nil nisi vastum mare vidi, nec multum abfuit, quin, pede avis misso 1), propter summam 2) meam defatigationem me dejicerem. Horam 3) tamen patiens fui et iterum despexi; vicis visis et locis excultis 4), me, lætitia exsultantem, omnis, quæ adhuc restabat, vis dereliquit; quare ave terræ appropinquante, in cumulum straminis in area jacentem me præcipitavi,
P. 71. et illa avolavit. Homines circumfusi 5) me admi-

---

7) S. وجا

8) Vox a S. omissa. 9) S. جناحية

1) S. post أن hæcce addit verba أترك رجله و quæ in versionem recepi.

2) S. من شدة 3) S. زمانا 4) S. والعمارة

5) S. حولي

rantes ad ducem suum duxerunt, et, postquam quendam linguæ meæ peritum stiterant 6), fata mea iis enarravi. Quibus auditis propter me sese habuerunt felices meque honoratum multis cumularunt divitiis. Apud eos aliquamdiu mansi. Me oblectaturus quum aliquando exiissem, navem, in qua antea fueram, ad ancoram stantem 7) vidi. Nautæ me animadvertentes properanter accurrerunt, et, rebus meis a me quæsitis, ad gentem meam me deduxerunt et opibus donarunt consideratione dignis et majoribus etiam, quam quas eram stipulatus. Ita felix et cum divitiis salvus redii.

Sectio de *Mari Colzumensi* ejusque insulis et rebus mirandis.

Sinus est maris Indici. A parte meridionali id cingunt terræ Berberorum et Habesch; in littore orientali regiones Meghrebi 8) et in littore occidentali Jemen sita est. Colzum est nomen urbis in littore ejus positæ. In hoc mari Pharaonem Deus submersit. Est obscurum et desertum, nec bonum aliquid sive 9) abditum sive conspicuum in se continet. Multas quamvis ha- P. 72.

---

6) S. الي pro لي   7) S. ارسي

8) S. العرب

9) Utroque loco S. لا excludit.

beat insulas, earum tamen plurima pars neque habitatur nec frequentatur.

In his insulis est *Tazât* prope Aileh sita, quam gens incolit nomine Benu Akhrâb 1) nota. Satis et animalibus carentes piscibus vescuntur. Aquæ dulcis 2) plane est defectus. Domos e navigiis fractis ædificant et aquam panemque a peregrinatoribus transeuntibus coëmunt. Ad pedes montis heic locus est, in quem si ventus inciderit, is in duas dividetur partes; huc navis inter eas sibi invicem oppositas fissuras irruit. Et dum ventus has inter sævit et ex ambobus exit diversis 3) locis, navis circumvertitur. Qui locus 4) is esse dicitur, ubi Pharao est demersus.

Insula *El-Djesâsek* (Exploratricis), ab animali ita vocato denominata, quod nuntios explorat, eosque ad Antichristum defert. Temîm Darijita (cui Deus sit propitius!) narrat, genios quendam prophetæ (cui Deus benedicat et reddat salutem!) discipulum de tecto domûs rapuisse, qui in geniorum aliisque terris diu commorabatur,
P. 73. ibique res miras videbat. Historia ejus longa est notissima. "Aliquando, narrat 5), quum hoc mare

1) S. احداب 2) S. add. بيبوتهم

3) S منتخالغبين 4) S. bene الموضع

5) Eandem narrationem refert *Domairi* l. c. sub voc. الجساسة fol. 42 v.

navigaremus, ventus vehemens nos adortus ad hanc insulam projecit. Ubi quum belluam, cujus adspectus nobis pavorem incutiebat, videremus, ab ea, quænam esset, quæsivimus. Ad quæ illa respondit, "ego El-Djessâseh sum." Nobis igitur, nuntios ab ea petentibus, dixit: "si tales cupiatis, vobis hocce monasterium est intrandum. Ibi enim virum invenietis, qui vestri desiderio ducitur." Postquam ad hunc accesseramus, a nobis interrogavit, quid facit Taberijeh 6)? "Aqua 7) inter latera 8) ejus effunditur" diximus. Denuo quæsivit: quid faciunt palmæ O'mâni? Nos respondimus: "populus ejus regionis fructus earum decerpit." Et quinam est fontis Zughr status? denique dixit. "Gens ejus, respondimus, ex eo bibit." Tum, utinam vacuus esset, exclamat, a vinculo meo jam sane essem liberatus 9), et pede meo omnem planitiem et montem, Mecca Medi-

---

6) Forsan idem est ac طُبَّامٌ, *arbor ficui similis.* Quæ jam sequuntur, sicut pleraque e traditionibus profecta, multis laborant difficultatibus, quare verum verborum sensum ubique attigisse haud affirmo.

7) S. الما omittit.

8) S. اجوافها *viscera ejus* legit.

9) S. لتخلصت

naque exceptis, calcarem. — Multi eorum putarunt, hunc esse Ibn Sejjâd 1), qui antea Meccæ fuerat. Quæ, coram Dei propheta (cui Deus benedicat salutemque reddat!) narrata, ab eo haud abnegabantur. Refert Ibn-So'ejdi: "Ibn-Sejjâd Mecca aliquando proficiscens dixit; "quemcumque hominem mihi obvium habeam, is credit, me esse
P. 74. Antichristum, quamvis propheta dixerit, eum esse Judæum, at ego sim Muhammedanus, eum prole
et Medinâ carere, at ego liberos habeam, eum Meccâ per Deum esse prohibitum, ego autem ibi natus sim et ad templum illius sanctissimum profectus." In fine ejus sermonis hæc occurrunt: "ubi sit ille (Antichristus), scio, matremque et patrem novi." Quidam ei dixit: "si tu iste fueris, te facilem reddam;" cui respondit: "certe quidem, si mihi tale accidat, quum id fuerim infitiatus." Nafa' libertus Filii O'mari (cui Deus sit propitius!) narrat: "in via Medinensi aliquando Ibn-Sejjâdum offendi, cui aliquid, iram ejus excitans, dicebam, quare ille adeo intumuit, ut viam expleret 2). Deinde ad Hafseh, prophetæ (cui Deus benedicat salutemque reddat!) uxorem, accessi. Illa, ad quam rei nuntius jam advenerat, me sic affa-

---

[1]) S. sine dubio rectius semper scribit ابن صيّان

[2]) Si مَلأَ legeris. At ملا ult. و adhibito, sensus fit: *ut viam curreret.* Legentes decernant.

ta est: gratiam tibi Deus reddat [ob culpam tuam]! Quid tibi cum Ibn-Sejjâdo? Nonne dictum prophetæ tibi est notum: ab ira, qua ille accensus sit, fugiemus? 3).

In hujus maris mirabilibus est piscis, plus ducentas ulnas longus, qui, naves adoriens, eas in fluctibus submergit. — Alius piscis, ulnæ mensuram tenens, caput bubonis, ceterùm vero corpus piscis habet. — Piscis quidam, fere viginti ulna- P. 75.
rum longitudine, dorsum testâ pretiosâ tectum habet, hominum ritu parit et lactat. — Ocurrit quoque piscis, cujus capti et siccati caro 4) gossipio similis fit, et ex ea fila 5) ducuntur, vestesque texuntur 6) pretiosæ, quæ Semkîn (piscariæ) nuncupantur. — Alius piscis, bovi similis, quemadmodum bos, sic is quoque parit et lactat. — Piscis latus 7) *El Boharûz* 8) appellatus, cujus latitudo longitudinem superat, pondus fere kintâri (talenti) tenet et carne optima est et sapore. —

---

3) S. يخرج

4) Post لتحتها S. reddit لتحتها فيعون

5) S. غزل recte. 6) S. تنسج

7) S. excludit منها

8) البهارُوز S. scribit. Forsan idem est ac بُهار, quem *Domairi* l. c. fol. 28 v. describit.

El-Khendjer piscis, duas spithamas longus, duobus capitibus est præditus, altero capitis loco solito, altero caudæ loco. — *Kirech*, generis canum marinorum, in ore habet septem series dentium, quorum quisque 9) decem est spithamas longus. Multum ille damnum et noxam facit.

Sectio de *Mari Zendjitico*.

Hoc est ipsum mare Indicum, quod a latere australi regiones cingunt Zendjitarum. Sub Soheil
P. 76. (stellâ Canopus dictâ 1)) situm est, quare ibi navigans stellam polarem australem tantum videt, neque vero borealem neque ursam 2). Oceano est conjunctum 3) undæque ejus sicut montes sunt excelsæ, et altæ sicut valles profundissimæ. Spumâ, quam alia habent maria, plane caret. Multæ ibi insunt insulæ, arboribus consitæ et arundinetis: arbores vero heic fructibus sunt destitutæ e. c. ebenus, sandalum, sâdj (platanus indica) et cannæ. Ambra capitur et in littore colligitur; frustum ejus, cumulo magno simile, sæpius est inventum.

---

9) S. om. كل ضرس

1) Vel potius *sub axe meridionali*.

2) S. recte بنات

3) S. وهو متصل et paullo post om. وموجة

Ex insulis ejus notis est insula *Mohtarakeh* (Adusta), longissime remota, eamque ob caussam raro aliquis ad eam accessit. Mercator quidam hæc narrat. "In hoc mari aliquando proficiscens, post varia tandem fata ad hanc veni insulam, ubi multos homines conspexi 4). Aliquamdiu in ea commoratus sum et, familiaritate cum incolis contractâ, linguam didici eorum. Die vero quodam evenit, ut homines viderem collectos, qui, oculos P. 77. in stellam ex horizonte eorum orientem fixos tenentes et larymas effundentes, palmâ passâ se percusserunt et sibi invicem valedixerunt. Mihi caussam quærenti dixerunt: hæc stella quoque tricesimo anno semel apparet. Quæ quum coeli verticem attingeret, ii una cum omnibus, quibus timebant, opibus suis, utensilibus et suppelletile vela vento darent 5). Stella igitur supra capita eorum stante navigarunt et eos sum secutus. Omnia, quæ in insula moveri portarique poterant, in navibus collocarunt. Proficiscentes aliquamdiu ab insula recessimus. Quum vero cum iis reverterem, omnia invenimus loca, ædificia, arbores et alia adusta inque cineres mutata. Denuo igitur terram colere aggrediebamur. Sic quoque tricesimo anno iis accidit, ut insula igne vastetur et novam requirat culturam.

---

4) S. فرايت omittit.

5) S. om. هذا

Ex insulis ejus insula quoque *Edh-Dhadá*
P. 78. (Strepitus) est, quæ prope Zendj jacet. Mercator
quidam narravit, se in ea vidisse 6) urbem e lapide albo exstructam, incolis plane carentem; nihilominus turbam vociferantem, strepitum et mixtos clamores ibi audivisse. Nautæ in eam degressi aquam ejus biberunt et ad naves tulerunt; eaque bona fuit, dulcis et quasi camphoræ spirans odorem. Montes excelsi haud longe absunt, ubi ignis noctu ardet 7), quem circa serpens quoque anno semel apparet. Eum reges Zendjitarum versute capiunt et ex pelle stratum conficiunt, cui si insederit phtisi pulmonis correptus, ad sanitatem restituetur.

Insula *El-U'r* (Luscorum) magna est. Refert Ja'cûb ben Ishâc Seradj-ed-din: "vir quidam e gente Romana hæc mihi narravit. Me hoc mare navigantem procella in hanc insulam depulit. Urbem iniens, omnes incolas, staturam ulnæ tantum longitudine habentes, inveni plurimamque eorum partem luscos. Magna eorum turba circum me collecta, ad regem me duxit, cujus jussu in cavea incarcerabar. Qua fracta ii mihi fidem habebant
P. 79. nec ulterius prohibere tentabant. Die quodam eos

---

6) S. ان بها

7) S. تتوقد et statim post نارا habet: عظيمة في الليل

ad pugnam paratos conspexi; mihique caussam quaerenti dixerunt; "nobis hostis est, qui, singulis annis semel adveniens, contra nos bellum gerit. Jam tempus ejus adventûs instat." Nec diu eram cunctatus, quum agmen gruum super nobis volans appareret. Qui hominum lusci erant, hae aves oculos rostro iis perfoderant 8). Grues strepentes in illos jam irrunt. Quo viso me accingo et fuste arrepto in eas incurro clamorem edens terribilem. Postquam plures earum a me erant percussae, ceterae strepentes avolarunt. Incolae, quum haec viderent, summo honore me prosequebantur, et, opibus mihi datis, ut apud eos subsisterem, enixe rogabant. Cui postulationi abnuentem, omni apparatu et instrumento instructum me ad navem deduxerunt." — Aristoteles dicit: "grues a Khorasana ad Aegyptum, tempore Nili inundationis 9), migrant, et illos luscos, gentem ulnae longitudine, in itinere aggrediuntur."

Insula *Sakisár* 1) est magna et ab hominibus habitata, quorum pedibus et cruribus ossa deficiunt. El-Maurekh Ibn Ishâc refert: "virum quen- P. 80
dam offendi, cujus in facie multa erant vulnera. Quorum caussam mihi sciscitanti hanc attulit nar-

8) S. recte نقر

9) S. مسيل

1) S. سكسار semper.

rationem. Me cum multis aliis in mari Zendjitico versantem ventus ad insulam Sakisâr egit, nec inde propter venti vehementiam exire potuimus. Ibi gens, cui facies erant caninæ, corpora autem humana, nobis supervenit. Unus scipione armatus primus accurrit et deinde ceteri, pone consistentes, nos ad domicilia sua propulerunt, ubi multa ossa, crania, crura, brachia et costas videbamus. In domum denique, ubi homo infirmus jacebat, nos ducentes, multa edulia cibumque copiosum atque fructus suaves apponere coeperunt. Tum ille debilis vir nos sic monuit: vobis jam edendum dant, ut pinguescatis; unumquemque vero vestrum, pinguem factum, postea edent. Cibum igitur magis quam comites minuere institui, unde factum est, ut, quoties aliquis pinguesceret, toties eum auferentes comederent, donec ego atque vir ille debilis soli essent superstites. Die quodam me ille
P. 81. sic allocutus est: festum adest, quod isti celebraturi proficiscentes tres dies 2) aberunt. Si te eripere possis, te quidem libera. Me autem non cures; nam, sicut ipse vides, neque me movere, nedum aufugere valeo. Quare tibi ipse consulas. Tibi Deus paradisum retribuat! exclamans exii 3). Jam die currere, noctu delitescere coepi. Quum a festo isti reverterent meque de-

---

2) Voc. ايام heic e sensu addo.

3) خرجت in textu legendum.

siderarent, dum desperantes redirent, sunt persecuti 4). Postea die nocteque in insula cursitans, ad arbores tandem veni variis præditas fructibus, sub quibus viri versabantur formâ pulchri, crura vero eorum ossibus erant destituta. Apud eos consedi. Sed neque linguam eorum ego intellexi neque ii meam. Subito horum unus dorso meo et humeris insiliens, pedibus suis me circumdedit et excitavit 5). Surrexi ergo et cum eo luctari coepi, ut liberarer eumque de me dejicerem. At frustra; unguibus suis acutis faciem meam ille dilacerabat. Inter arbores jam cum eo circumire incepi, quarum fructus et ipse edit et edendos comitibus distribuit me irridentibus. Sed dum cursitabamus inter arbores, spina 6) oculum ejus P. 82.
trajecit eamque ob caussam pedes ejus a me sunt soluti et, eo dejecto, cucurri Deique gratiâ salvus evasi. Hæcce vulnera inde sunt profecta. Deo summe misericordi 7) gloria!"

Maris hujus res mirandæ multæ sunt. In quibus piscis *El-Minschár* (Serra) 8) dictus, instar

---

4) S. recte فتبعوني

5) S. وانهضني

6) S. add. من شجرة *ex arbore.*

7) فلارحم lego.

8) Cfr *Domairi* l. c. fol. 220 r.

montis excelsi magnus; inde a capite usque ad caudam quasi serra est, ex ossibus, tamquam e-beno, nigris facta, cujus dens quisque plus duas tenet ulnas. Ad caput duo ossa, quodque decem ulnas longum, exstant, quibus in aqua 9) dextrorsum et sinistrorsum feriens, terribilem ciet fragorem. Aqua ex ore et naribus exit et, quantum sagitta jaci potest, adversus coelum adscendens, inde in naves 1), quamvis piscis ab iis longius absit, sicut flumen revertit. Quum ille sub navibus transit, eas in duas secat partes; quare, eo conspecto, nautæ lacrymantes Deum o. m. invocant, sibi invicem condonant culpas et valedicunt atque, metu ejus capti, preces fundunt mor-
P. 83 tis. *El-Bdl* 2) (Balæna) piscis à 400 usque ad 500 vel 600 quoque ulnas longus. Interdum extrema pinnæ illius pars, tamquam velum navis majus apparet. Caput respiraturus exserit et tunc aqua teli 3) jactum sursum adscendit. Nautæ quum eum animadvertunt, tympana pulsant et crembala atque, dum abeat, tollunt clamores. Caudâ et pinnis (motis) pisces ad os suum cogit. Sed ubi insolentia ejus in belluas maris nimis crescit, piscem ulnæ longitudine Deus in eum immit-

---

9) S. recte الما   1) S. المركب

2) *Domairi* l. c. fol. 9 v. البالة scribit.

3) بسهم S.

tit. Hic *El-leschk* 4) vocatus auri illius sese affigit; ex quo quum Balæna se liberare nequidquam quærit, fundum petit maris et, donec moriatur, capite terram pulsat. Deinde ad instar montis magni aquæ superficiei innatat 5). Postquam harpagonibus funibusque eum [ad terram] traxerunt, ventrem findunt et inde ambram, sicut collem magnum, promunt. Est enim ambra ejus alimentum. Mercatores 6) hoc genus per ossa inhærentia 7) agnoscunt. Deus o. m. est sapientissimus!

Sectio de *Mari Meghrebi* (Occidentali), ejusque miris rebus et memorabilibus. P. 84.

Hoc est mare Syriacum et Constantinopolitanum, quod, ex Oceano proficiscens, orientem versus in septemtrione transit Andalusiam et Francorum terras usque ad Constantinopolin; in meridionali parte ad Sebteh (Ceutam), Tarables occidentalem, Alexandriam, oras Syriæ usque ad Antakijjeh (Antiochiam) extenditur. In *Libro historiæ*

---

4) فتلتصق للشك S.

5) S. فتطفو

6) S. البحارة *nautæ.*

7) Forsan vox بشوكته *per acrem ejus odorem* reddatur.

Aegyptiacæ fertur, reges e stirpe Delûkeh, post regnum Pharaonum eversum, regnasse. Eo tempore Oceanus, qui est mare Mothlim (tenebrosum), ab occidente prorupit 8), et aqua, multas regiones magnaque regna inundans, ea evertit et opplevit. Quare mare, ad regiones 9) Rûm et Syriæ expansum, ita terminus exstitit inter Ægyptum et Rûm, ut in littore altero Muslemici habitent, in altero autem Christiani. Heic situs est *Locus concursûs duorum marium*, quæ sunt Rumicum et occidentale. Latitudo ejus tres tenet
P. 85. parasangas, longitudo quinque et viginti. Heic mare intra diei noctisque spatium quater accedit et recedit. Nam mare nigrum i. e. occidentale sole oriente adscendens in locum concursûs duorum marium sese effundit, donec in mare Rûmicum i. e. viride veniat; quod ad solis in occasum inclinationem pergit. Tum vero usque ad solem occidentem mare nigrum subsidit et aqua e mari viridi huc effunditur. Deinde ad mediam noctem surgit mare nigrum, quo recedente mare viride accedit. Et sic semper res se habet. — Magnus insularum numerus in hoc mari obvenit. Quas inter Andalusia est, cujus antea fuit mentio.

Insula *Concursûs duorum marium* est magna. Ibi pharus conspicitur e saxo difficili et duro ædificatus, cui firma sunt fundamenta. Nullam habet

---

8) فيبشق conjicio.

9) S. add. بلاد

portam nec ferrum aliquid potest efficere. Plus centum ulnas altus est. Statua hominis ei imposita, veste, aureæ simili, amicta, dextram mare versus extendit 1), quasi transeuntibus hunc locum digitis monstret. P.86.

Insula *Seklejjeh* (Sicilia) magnitudine insignis, flumina, arbores, fructus et arva possidet. Mons ibi situs est qui, *El-Burkât* 2) appellatus, fumum interdiu ostendit, noctu ignem, cujus favillæ in mare volant ibique in lapides mutantur nigros et fistulosos. Hi omnia, quæcumque offendant, comburentes aquæ innatant 3). Homines eos colligunt ut ad pedes fricandos in lavacris adhibeant.

Insula *Acritesch* (Creta), in mari Rumico sita, fodinas auri continet.

Insula *Tauráci* nomen a rege accepit, cui 4000 feminæ erant, nulla vero proles. Heic arbor invenitur, cujus fructus esus, tantam ad coëundum vim reddit, ut unus edentium cum centum et quod excurrit feminis uno die rem habere possit 4).

---

1) S. صومعة

2) Si fas erit e vocabuli بُرْكَانِيَّة (*mons ignem ejiciens* Freytag.) vi ad hujus sensum concludere, haud dubie *Mons ignifer* est vertendum. Ætnam nimirum indicat auctor.

3) S. وتطفو

De Insula *Es-sijâreh* (Ambulans) nautæ narrant, se eam sæpius vidisse ibique arbores, loca
P. 87. exculta et montes inesse; vento vero ab occidente spirante, eam in orientem ire et vice versa. Lapides ejus tantæ sunt levitatis, ut lapidem videns, eum, quamvis libram pendeat, talentum tenere facile credideris. Judæus quidam hæc refert. "Navis eorum apud hanc insulam fracta est. Dies jam aliquot pisce tantum vescebantur. In insulam deinde devenerunt, cujus lapides, montes, valles et humus omnino ex auro constabant. Cymbam navis, quæ cum iis salva evaserat, hocce auro justo magis onerârunt. Quare quum inde proficiscerentur nec multum abessent, cymba periit, neque ullus, nisi natare posset, ex interitu est liberatus."

Insula *Tenîs* 5) in mari Rumico jacet multasque habet urbes. Ad eam genus quoddam piscium adveniens, ibi diem unum 6) subsistit, deinde abit; tum aliud sequitur genus, quod etiam unum moratur diem et postea evanescit. Sic ad finem anni continue pergit, ita ut 360 genera 7)

---

4) S. واطاق

5) S. قيس

6) S. ايايا et item paullo post.

7) S. نوعا et verba sequentia كل يوم omittit.

(quoque die genus unum) appareant. Anno exacto genus primum, sicut consueverat, denuo revertit.

Insula *En-navm* (Somni) arboribus, fructibus floribusque abundat, quorum si quis unum olfecerit, statim dormiet. P. 88.

Insula *Khâledeh*. Dicit Abu Hamed Andalusenus; "in hac insula oves, sicut locustas innumeras et diffusas vidi, quæ homines non pavebant. Nautæ, quantum earum cuperent, secum abstulerunt. In ea arbores quoque sunt et fructus et herbæ; sed neque homines nec genii."

Insula *Ed-Deir* (Coenobii). Nautæ narrant, eam esse prope Constantinopolin sitam, ibique inveniri coenobium, quod in mari exstat 8). Die anni certo aqua inde defluit, et tunc incolæ harum regionum sacram ad id perficiunt peregrinationem. Postquam ad tempus constitutum apparuit, aqua augescens id usque ad annum sequentem tegit.

Insula *El-Kenîseh* (Templi). Abu Hamed Andalusenus refert: "in hac insula mons in littore maris nigri jacet, in quo templum è rupe montis est excavatum. Huic fornix magnus impositus

---

8) Lego غامر

P. 89. est, ubi corvus volitat et descendit nec umquam inde recedit. E regione fornicis Mesdjed (sacellum) est, quod Muslemici, preces ibi fusas exaudiri putantes, adeunt. Populo, qui illius sunt ecclesiæ, fuit impositum, victum iis muslemicis suppetere, qui sacellum hocce visitarent. Corvus vero, quum aliquis visitans adsit, caput intra templum inserens, tot edit clamores, quot homines sint peregrinantes; si unus adsit, unum; si duo, duos, vel si decem, decem clamabit vices, nec umquam errabit. Populus igitur ecclesiæ tantum, quantum numerus eorum postulet, victi mittit. Presbyteri contendunt, se, quamvis hunc corvum ibi semper videant, unde cibum potumque accipiet, plane ignorare 9). Hoc templum *Corvi* est vulgo nominatum.

Inter maris hujus memorabilia Abu Hamed refert, mari Rumico recedente, multas urbes et loca culta apparere, quæ omnem fugiunt descriptionem. — Ibi reperitur *Senex Judæus* 1), qui est animal, humanam referens speciem, barbâ albâ,
P. 90. corpore ranæ, crinibus bovis, muli magnitudine. Quaque sabbati nocte e mari prodiens in terra usque ad solis occasum manet. Ranarum ritu sa-

---

9) S. bene يدرون

1) Cfr *Domairi* l. c. fol. 124 r.

lit, nec capi potest. Hanc A'bder-rahmân ben Harûn Moghrebensis dedit narrationem. "Mare hocce navigans, ad locum *Er-retûs* 2) nominatum veni. Comitem puerum Sicilium 3) habui, cui erat instrumentum piscatorium 4), quo, in mare ejecto, is piscem cepit spithamæ mensurâ, quem quum propius intueremus, pone aurem alteram scriptum habere vidimus: non est Deus nisi Deus unicus, et in occipite et pone alteram: Muhammed est propheta Dei." — *Beghl* est piscis ingens. Abu Hamed Andalusenus scribit: "Hunc piscem in loco concursûs duorum marium instar magni scopuli conspexi. Eum alius piscis major etiam inde a tenebris (i. e. mari tenebroso, vulgo Atlantico) erat persecutus, quem Beghl fugit. Ille vero omni studio hunc quærere conabatur. Quod quum Beghl videret, talem ingentem sustulit clamorem, qualis numquam antea erat auditus, quo corda nostra fere frangebantur et maris commoti undæ 5) tanto insurgebant, ut submersionem metueremus. A p. 91.

---

2) Nominis vis hæc est: *Cameli multi uno loco congregati et consociati, quibuscum domini sunt.*

3) S. صقلبي

4) صُنَّارة apud *Freytagium* nomen instrumenti chirurgici tantum significat.

5) Post وكثرت S. add. والتت

tenebris ad locum concursûs duorum marium piscem vidi operam dantem, ut pone illum Beghl veniret; at ob ejus magnitudinem, frustra nitebatur. — *Piscis Mosis* (cui pax!) 6). Ex Abu Hamed hæc habeo. "In urbe Sebteh piscem vidi *Nesl-el-hût* 7) vocatum, qui idem est ac ille piscis assatus, quem Moses et Josua, El-Khider (cui pax!) quæsituri proficiscentes, secum ferebant. Longitudo ejus ulnam efficit, latitudo spithamam. Unum latus ex ossibus tantum constat; super visceribus et capite tenuis est cutis et dimidium caput uno oculo præditum. Quare eum, si ex hoc latere spectaveris, immundum credes. Alterum vero latus perfectum est et pulchrum. Homines, præcipue Judæi, eum maximi faciunt et ad magnates portant." — De pisce alio, pilei nigri speciem referente, Abu Hamed hæc refert. "Hunc vidi piscem, in cujus ventre erant quasi duo intestina. Capite et oculo carebat. Folliculus fellis, sicut bos eum habet, ei erat nigro colore. Dum capiebatur, sese movebat omnemque aquam circa nigram adeo faciebat ut atramento ex
P. 92. fumo similis fieret. Quod e folliculo fellis proficisci autumo. Talis aqua colligitur et ad scribendum in charta adhibetur. Est enim atramento venustior, nigrior, constantior, præstantior et

---

6) Cfr *Domairi* l. c. fol. 65 recto.

7) Ad verbum: *proles piscis.*

splendidior 8). — *Khettâf* 9) piscis, cui duæ in dorso sunt alæ, ex aqua emergit et, quocumque voluerit, volans, in aquam revertit. — *Menâreh* (Turris) 1) piscis quoque est, qui, ex aqua corpus exserens 2) et in cauda sese erigens, tamquam turris eminet; deinde in navem magnam se injiciens, eam cum nautis submergit et perdit. Quam ob caussam, illo viso, tympana pulsant, lituos canunt et tormenta bellica sonare faciunt 3), donec ab iis aufugiat. — Piscis alius magnus heic obvenit, qui dum aqua ei minuitur, in luto conjectus, sex horas continue agitatur; deinde exuit cutem. Quo facto alarum par sub ejus axilla apparet et, quamvis ille sit ingens, in aliud volat mare. Quod maximum Dei miraculum est habendum. Piscis *Ettenin* nominatus 4) in hoc mari, præsertim apud Tarables et Eladhekijjeh (Laodiceam) frequens occurrit.

---

8) S bene وابص

9) Cfr *Domairi* fol. 71 v.

1) L. c. fol. 220 r.

2) S. يخرج ببدنها

3) Forsan hoc modo, sine ulla conjectura (videsis pag. 80), verba وصرخوا مكاحل النفط, reddi possint. Si quidem hæcce tormenta, naftam emittentia, formam tubi habuisse ponamus, ea homines flando sonantia facillime reddere potuerint. Sic sensus ceteris bene conspirat.

4) S. sine dubio vitiose habet الشانين

P. 93 Sectio de *Mari Khozarico* et iis, quae ei insunt memorabilibus.

Hoc est *Mare Turcarum*, in septemtrionali orbis terrarum parte situm. Djordjân et Tabarestân littus ejus cingunt orientale, septemtrionale regiones Khozarorum, Ellâni et montes Cabc (Caucasus) occidentale et meridonale Djebel atque Dejlom. Mare est patens; sed nullam cum aliis maribus habet conjunctionem; valde difficile et navigantibus periculosum, ubi frequenter pereunt; undæ ejus multum æstuant. Neque accedit nec recedit; margaritis gemmisque caret. Samarkendi in libro suo narrat, "Dhu-l-Carneinum, cupiditate littus hujus maris cognoscendi captum, viros cum nave misisse, quibus mare annum totum navigare jussit, ut forte nuntium de littore ejus sibi referrent. Hi igitur annum integrum navi profecti, nil nisi aquæ planitiem coelumque cæruleum viderunt, quare revertere voluerunt. Sed unus eorum, "mensem alium, inquit, iter continuemus, forsitan sic nuntium aliquem reportemus." Itaque mensem profecti sunt et nave, ho-
P. 94. minibus plenâ, conspectâ, navigia ad se invicem applicarunt; alter vero alterius linguam haud intellexit. Viri Dhu-l-Carneini illis feminam tradiderunt; et virum pro ea accipientes 5) ad Ale-

---

5) S. واخذوا

xandrum redierunt, quæque iis acciderant, ei narrarunt. Alexander viro isti feminam ex exercitu suo in matrimonium dedit, quæ puerum peperit, linguâ utriusque parentis peritum. Huic dixit: patrem interroga, unde venerit. Ille respondit: ex isto tractu veni. Iterum ab eo quæsiverunt, num ibi rex invenitur? Immo hocce major, dixit. Quantum vero itineris vestri in mari erat? interrogatum est; duos annos totidemque menses, ille respondit. — Alii contendunt, maris ambitum esse 2500 parasangas, longitudinem 800 et latitudinem 600 parass. 6). Forma ejus est oblonga.

Ibi multæ inveniuntur res mirandæ, in quibus hæ sunt, quas Abu Hamed, secundum Selâm Ettordjamân (Interpretem), nuntium Chalifæ [Vatheq billâh] ad hos populos, refert. "Apud eos aliquamdiu sum commoratus. Die quodam piscem ingentem captum, harpagonibus ac funibus ad terram P. 95.
trahentes eos vidi. Auri piscis apertâ 7) inde puella candore, rubore admisto, nitens et pulchra exiit. Crinibus erat prædita nigris promissis, figurâ formosissimâ et staturâ excelsâ, ut lunam orientem eam esse credideris. Faciem percutiens, comamque evellens, donec moreretur, continue ejulabat. In medio corpore tegumentum, ex carne

6) S. bene add. وعرضه ستماية فرسخ

7) S. فانتفخت *et inflatu fuit (auris).*

factum, vestimento densiori simile habebat, quod ab umbilico ad genua usque pertinens, subligaculi modo ei erat alligatum." — *Tenin* heic quoque conspicitur, qui, sicuti nubes atra e mari sese sustulisse aliquando dicitur. Quem quum viderent homines, putabant esse ingentem belluam, quæ ceteras in mari vexabat. In eum Deus nubem e nubibus suæ potentiæ demisit, quæ eum portans e mari eduxit. Formam habuit ille piscis serpentis nigri. Omne, a cauda ejus contactum, majus ædificium, contritum destruebatur; eodemque modo arbores 8) frangebat. Interdum spiritum, arbores et plantas exurentem, emittebat. Nubes illa in
